

*N. h. II, 166.*  
*S. 45, 4.*

C. <sup>IV.</sup>B. D.

*1849.*

II R  
4842

DE X 1880 629

# ADOPTIONIBUS ET EMANCIPATIONIBUS PRINCIPUM.

In

Alma Studiorum Universitate Argentoratensi,

PRÆSIDE

*VIR O Nobilissimo, Amplissimo, Consul-*  
*tissimo atq; Excellentissimo,*

DOMINO

JO. GEORGIO KULPIS, JC<sup>to</sup>.

hactenus Inst. Impp. & Jur. Publ. Prof. Ord.

*nam*  
Ser<sup>mi</sup> Ducis Wurtembergici Consilia-  
rio, Ejusdemque Senatus Ecclesiastici  
Vice-Directore designato,

*Domino Patrono ac Præceptore religiosè*  
*devenerando,*

Ad d.  $\frac{1}{2}$ . Junii 1686.

SOLEMNEM DISSERTATIONEM

exhibet

JO. CHRISTIANUS Müldener/

Dresdensis.

— ( \* \* ) —

ARGENTORATI,  
Literis JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.





P  
J  
D  
C  
D  
B  
L  
M  
L



SERENISSIMO  
 PRINCIPI AC DOMINO,  
 DOMINO  
 JO. GEORGIO  
 QUARTO,  
 DUCI SAXONIÆ, JULIACI,  
 CLIVIAE AC MONTIVM,  
 DIGNITATIS ELECTORALIS HEREDI,  
 BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI,  
 LANDGRAVIO THURINGIAE, MARCHIONI  
 MISNIAE, AC SUPERIORIS ET INFERIORIS  
 LUSATIAE, COMITI PRINCIPI HENNEBER-  
 GAE, COMITI MARCAE, RAVENSBER-  
 GAE, ET BARBY, DYNASTAE  
 RAVENSTEINII &c.

Principi ac Domino meo Clementissimo.



SERENISSIME PRINCEPS,  
DOMINE CLEMENTISSIME,

**A** *D* *sacram Pietatis aram ac-*  
*cedo, non holocausta, sed te-*  
*nues quaspiam pagellas, sacri-*  
*ficaturus, quæ, nisi de adoptionibus*  
*& emancipationibus Principum age-*  
*rent,*

rent, offerri fortassis non mererentur,  
**TANTO PRINCIPI**, quem  
 nulla juris fictione demum constitui,  
 sed, per sanguinis Heroici propaga-  
 tionem, ex Serenissima antiquissi-  
 maq; Europæorum Principum Fa-  
 milia, in spem melioris seculi, pro-  
 creari, Divina providentia, non mi-  
 nori benignitate olim destinavit,  
 quam feliciter nunc, inter ornamen-  
 ta suæ Gentis, & in grande subdito-  
 rum solatium, producit ostentatque.  
 Effecerunt luculentissimæ istæ Vir-

):( 2 tutes

tutes Tuæ, quarum pignora jam pri-  
dem exhibuisti, ut, quæ ex præclaris  
Majorum TUORUM meritis, in  
TE, quasi hereditario jure, deriva-  
ta decora, sustines, pro alienis fere de-  
beant haberi, qui proprio adolescen-  
tium indies laudum splendore undi-  
que circumfunderis: nisi quod, suo  
quodam jure, inter præcipua fastigij  
Principalis exempla referri postulet,  
tot Imperatoribus Invictissimis, Re-  
gibus potentissimis, Electoribus Ma-  
ximis, Ducibus fortissimis, progna-  
tum,

tum, communi Reipublicæ in memo-  
 riam sic quoque posse revocare, quæ  
 à Tantis Principibus, pro restauran-  
 da subinde conservandaque Patriæ  
 libertate, arcendisque, quæ Germa-  
 niæ impendebant, gravissimis peri-  
 culis, olim perpetrata constant faci-  
 nora, ut, quemadmodum beneficia  
 ista infinita sunt, ita obligationis ex-  
 inde provenientis sensus, solennisque  
 confessio, ad Hæredes **ILLORUM**,  
 pari vigore, pertinere ac transmitti  
 debeat. Ut specialiori heic enumera-

): ( 3

tione

tione defungar, verecundia TUA  
non patitur, & res præterea ipsæ pro-  
hibent: ex quibus, vel sola ingentia illa  
Victoriarum decora, qualia Optimus  
PARENS TUUS, Princeps omni  
laude major, truculento Christiani  
Nominis hoste, Viennâ nuper, sua  
quoq; Virtute, profligato, gloriose re-  
portavit, justî Panegyrici argumen-  
tum conficere possunt. Inter has  
Principalium virtutum contempla-  
tiones educatus, non poteras aliter  
quam perfectissimam Boni Principis  
imagi-



imaginem concipere, animoq̄ TUO  
 imprimere, qualem, cum jam elegan-  
 tissimis præludiis palam demonstrare  
 instituas, inter publica congratulan-  
 tium civium, gaudia atq̄ vota, quibus  
 ulteriora complementa TIBI quisq̄  
 apprecatur, devotissima isthæc mea  
 quoque suspiria ac obsequia, propitio  
 vultu ut accipias, submisse rogo. Ita  
 DEUS TE servet! & quæ vove-  
 mus, abunde largiatur!

SERENITATIS TUAE

Cliens ac Civis  
 subjectissimus.

Jo. Christianus Müldener.



JO. GEORGIUS KULPIS, JC.

*Lectori Benivolo*

S. P. D.

**I**Nter Professorii muneris solatia, quæ ad exemplum officiorum quorumvis aliorum, fastidiis quoque suis commixta sunt, jucundissimum, mea saltem opinione, haberi debet, quotidianum cum florentissimis ingeniis commercium, ex quo, quemadmodum per varia exercitationum Academicarum tentamina, Reipublicæ, cui destinantur, tractationi, eleganter illa præludant, magna sæpe cum voluptate videmus, atque inde de felici eorum, quæ sibi destinarunt, consecutione, auguramur. Quod si spes nostras, & judicia olim prolata, eventus non destituit, habemus, de quo sine vanitate possimus gloriari. Divini enim Numinis bonitatem reverenter agnoscimus, publicis, quæ sic promoventur, commodis, gaudemus, nostrisque laboribus, aliquando impensis, lætissimos fructus hinc reputamus. Non multi sunt anni, quos, Deo sic dirigente, in hac statione peregi, eam tamen apud animum meum fiduciam penitus concipio, fore, ut, quos ex Illustri & Nobilissima Juventute Germanica, Scholis interea meis, ad literarum cultum qualitercunque deducere sustinui, eorum bene multos, inter instrumenta ac præsidia melioris ævi, deinceps sim conspecturus, si mihi quidem prolixiore vitæ usura frui dabitur. In quorum classe, si, propter indicia hucusque ostensa, & Nobilissimum Præcellentemque Virum Juvenem JO. CHRISTIANUM MÜLDENERUM, referam, fortassis non fallar. Faxit DEUS, ut exoptatam elegantium studiorum metam feliciter attingat, Academiaque Nostra, vetustâ illa laude sua, formandi optima ingenia, perpetuo floreat. Scrib. Argentor. d. XIV. Jun. M DC LXXXVI.

C. B. D.

De

# ADOPTIONIBVS ET EMANCIPATIONIBVS PRINCIPVM.

I.

*Introitus, & Commendatio  
argumenti. Usus Ado-  
ptionum & Emancipa-  
tionum in Imperio Ger-  
manico, an, & qualis sit,  
ostenditur.*



**D**E Adoptionibus & Emanci-  
pationibus Principum disserturos,  
juvabit, in antecessum, de Ado-  
ptionibus & Emancipationibus in  
universum; earumque apud Ger-  
manos, & in foris Germaniæ, præ-  
senti usu, inter privatos quoque re-  
cepto, aliqua præfari, tum in supplementum tituli,  
quem sub præscripto, *de Adoptionibus & Emancipatio-  
nibus, & alius modis, quibus potestas solvitur*, indice, pri-  
mus Pandectarum nostrarum liber exhibet, tum etiam  
ut præcipitem fortè quorundam censuram, ac si super  
rebus

A

rebus

rebus antiquatis, nulliusque amplius valoris, heic occuparemur in vanum, eò certius subterfugere possimus. Nihil enim frequentius est, maximè apud hos, qui, cum ad justas methodi leges, integram Juris disciplinam, ordine suò legitimè contextam, comprehendere nunquam vel potuerunt, vel voluerunt, Praxicos tamen, nescio cujus, notitiam, ante alios se habere, opinantur, quam ut perpetua inter Leges scriptas, & Usus fori, atque adeò inter theoriam & praxin Juris, discrimina fingant, prætereà quoque, summâ pronuntiandi facilitate abrogata crepent, quæcunque suis Exercitationibus non quotidie observant, juris argumenta atque Capita, quasi ab unius aut alterius hominis experientiâ, omnis vigor & usus Juris, unice suspenderetur, aut statim antiquatum esset, quod Titius aut Mevius ille non vidit apud suos frequentari. Eò magis verò consultum erit judicia isthæc prævertere, quò notius est, non modò inter vulgares Doctores constanter asseri, Adoptiones & Emancipationes exolevisse, Jurisque Romani in his rebus nullam superesse auctoritatem; sed & Viris eruditioribus talia subinde excidere dicta, quæ eandem sententiam vel planè confirmare, vel quoad aliquam saltem sui partem, juyare videantur.

II. Et primò quidem de *Adoptionibus* diversimodè tradunt; aliqui, *in desuetudinem penitus abiisse*, putant, ut, *etiamsi velimus, non tamen uti iisdem amplius, propter generalem istam abrogationem, possimus*, quæ opinio est, *Petri Gudelini, Arnoldi Vinnij, Petri Gregorij, vulgò Tholosani, Simonis à Grænevvegen*, qui insuper *Grotium, Christidæum, Imbertum, Autumnum*, aliosque, testes pro se excitat. Nonnulli distingunt, & *Arrogationem planè desuisse*, *Adoptio-*

*de l. No viff. L. 1. c. 13. ad pr. l. de Adopt. Syntagm. L. 1. c. 5. de LL. abrogat ad pr. l. Et r. C. de Adopt.*

Adoptionem verò quoad antenus in usu esse, credunt, ut Bene dictus Reinhardus; Cæteri, prioribus istis liberaliores, non quidem omninò nullum, non magnum tamen, vel rarum Adoptionis usum deprehendi, inque locum ejus moribus nostris Unionem prolium, introductam, illique similem esse, contendunt, quemadmodum Giphanius, Habnius, Besoldus, Eckoltus, aliique plures fecerunt. Sed si dicendum quod res est, sententiarum harum nulla id quod debebat, evincit, primæ enim opinionis illius assertores, non nisi de Belgii, Galliæque, Provinciis quibusdam, manifestè loquuntur, quò etiam disertè restrinxit Cyprianus Regnerus, quanquam an sine controversiâ hæc traditio sit, jam non vacat excutere, saltem in Belgio, Frisiis Adoptionum usum tribuit, Petrus de Greve; quicquid verò sit, ab istis populis, illatione universaliter factâ, ad Germaniam nostram, ejusque fora, argumentari neutiquam licet; Neque Reinhardus, ullum, à se factæ distinctionis, fundamentum adducere, vel testimonium pro se idoneum allegare potest, quin potius Jus ipsum Saxonicum, ubi de Adoptionibus agit, easque judicialiter debere fieri, injungit, indistinctè loquitur. Unde etiam Reinhardus à cæteris Juris Saxonici Interpretibus ferè omnibus, non solum deseritur, verum etiam confutatur, videantur Schilterus, Philippi, Beierus, cum allegatis. Ex novissimâ denique sententiâ hoc remanet, ipsum Jus Adoptionis adhuc superesse, cujus vigori nihil detrahitur, rarò an frequentius exerceatur, quanquam tam rarum illius usum deprehendi, vix dici potest, si quis Exempla Adoptionum, Arrogationumque passim obvia, diligentius attendat, consideretque. Cæterum, an in accuratioris locutionis examine susti-

Differ. Jur. Civ. & Sax. part 1. diff. 51.

ad l. 2. C. de Adopt. ad Wesemb. h. t. n. 6. Thes. pract. Soc. Eins. Rindschaft: ad π. tit. de Adopt. d. 10 Cens. Belg. ad §. 1. 1. de Adopt. Ex. 1. d. 20.

Vid. Spec. Sax. L. 11. art. 30.

ad π. Ex. 3. d. 16. V. Pract. Instit. ad t. de Adopt. Ecclog. 73. n. 4. sqq. ad Schulz. Synops. Instit. tit. de Adopt. n. 15.



neri possit, Unionem prolium, quæ moribus utique nostris extrâ dubium suam debet Originem, *in locum Adoptionis*, apud Romanos usitata, velut per surrogationem aliquam, introductam esse, ferè addubito; est enim utrumque Jus tale, quod simul consistit, & quamquam alicujus fortè effectus similitudine conveniant, æqualis nempe Successionis, Liberis unitis hinc tributæ, non minus tamen formâ, quàm fine suô utrumque Jus maximè differt, cum satis constet, majoris tantùm inter Conjuges, ac ipsos utriusque Matrimonii liberos, concordia causâ, Unionem prolium fieri, non ut Conjuges unientes in solatium liberorum, vel deficientium, vel degenerum, utrinque filios sibi adsciscant, quod Adoptione quæritur, neque ex Unione istâ Jus familiæ & patriæ potestatis reverà profluit, aut privilegia & Jura patris unientis competunt, uti præjudicio Scabinorum Jenensium docet *Strauchius*, ex eoque repetit *Schilterus*, ne de aliis differentiis dicamus, quas, inter unionem hanc atque Adoptionem occurrentes, prolixè *Riccus* exposuit.

*Jur. Just.*  
*Ex. IV, 23.*  
*ad π. Ex.*  
*d. 3. θ. 17.*  
*de Vn. prol.*  
*c. 7. 8. 9.*

vid. *Mas-*  
*card. Concl.*  
*1332. n. 3.*  
*Frisch. de*  
*Eô quod*  
*just. in dub.*  
*Concl. 52.*  
*C. L. A. t. de*  
*LL. n. 29.*  
*Quæst. Just.*  
*2.*  
*P. I. Conf.*  
*Chil. VII.*  
*n. 10.*

III. Quare nobis illorum placet sententia, qui pro Adoptionibus heic pronunciant, cum in hanc rem ea valeat ratio, quod omne Jus legitimè constitutum promulgatumque, in dubio præsumatur usu receptum, donec probetur contrarium, & nominatim in foris Germaniæ, qui Jure Justiniano nitatur, intentionem hætenus fundatam habeat, quale principium communi Clarissimorum Doctorum, tam in Cathedrâ quàm Judiciis laudabiliter versatorum, calculo, probatum est, quemadmodum operosius constare potest, ex his, quæ apud *Meierum & Loccamerum*, nostros: item *Mauritium*, *Meivium*,

*Mevium, Lauterbachium, Carpzovium & Schilterum*, hōc tenore præclarè tradita, reperiuntur: ergò in argumento Adoptionis quoque Juris Romani inconcussa erit autoritas, vigorque non interruptus; etiam sub illâ, nunquam tamen seriò concedenda, hypothesi, quod homines nostri hisce Legibus hucusque non sint usi: Omnino enim cum *M. Antonio Natta* dicendum est, quod *ista inobservantia non tollat ullò tempore Legem, sed oporteat, quod fecerint actus contrarios*: neque enim solus non usus, sed usus demum contrarius jus abrogare valet, pertinetque huc illud Imperatoris, *quod non mutatur, quare stare prohibetur*; & cum Usurpatio Juris publici sit res mēræ facultatis, quæ solo non usu haud præscribitur, uti benè docuit *Gerhardus Feltmannus*, toties Adoptionum jure uti poterunt Germaniæ Cives, quandoque & quoties ipsis placuerit.

*ad I. L. Q. præl. 7. n. 8. Concl. for. Ex. 1. 0. 1. p. 11. dec. 108 ad π. Ex. 1. 0. 10. 11. Tom. III. Conf. 575. n. 35. l. 27. C. de testam. Tr. de Inram. perhorresc. c. 15. n. 9. 99.*

IV. Equidem *Gudelino & Vinnio* isthæc argumentandi ratio non placet, qui principium illud, de præsumptâ Juris Romani Observantiâ, in casibus, quibus propriæ Leges vel Consuetudines deficiunt, *locum duntaxat habere*, dicunt, *si Jus Romanum generali & manifestâ desuetudine abrogatum non sit*, quod in hoc argumento illi factum existimant: *nam neq; de servis quicquam cautum propriis plerarumq; Regionum Legibus reperiri, anne ergò idcirco dicendum sit, servitutem ibi tacitè approbatam censeri?* additque *Vinnius*, velut cautelam necessariam, *quod ideò monere visum est, ne quis in hujusmodi Controversiis hoc argumento sibi imponi patiatur.* Sed superflua est *Vinnii* sollicitudo, neque imponit, qui isto argumento utitur. Ut enim non dicam, magnam inter servitutem & adoptionem differentiam deprehendi, cum satis



constet, multo antea tempore, quam Jus Romanum in Germaniâ receptum est, *inter Christianos* servitutes, velut ex communi Orbis Christiani decretô, saltim in plerisque partibus, cessasse, quod de adoptionibus dici non potest, nihilominus tamen absurdus haud puto fuerit, qui defendere sustinuerit, adhuc valere, quæ de servis Jure Romano constituta sunt, quatenus domesticis Legibus nihil in contrarium exstat, hoc nimirum sensu, quia hodiernum, saltim *apud Christianos*, servi dantur, quales sunt qui in bellis, à Barbaris, Turcis, Saracenis, utrinque capiuntur, sicut præter Collegium nostrum *Argentoratense, Strauchius, Albericus Gentilis, Ludovellus, Feltmannus*, alique Doctorum plures communiter, atque ipse denique *Vinnius & Gudelinus*, tradunt; in casibus emergentibus, efficaciter Leges Romanas posse allegari, id quod nominatim etiam observavit *Bachovius*, cujus ratione non solum Turcæ apud nos in vero erunt Statu servili, sed & quamdiu apud Turcas Christiani capti detinentur, quod illic testamentum condiderunt, non valet, fictionesque Juris postliminii & L. *Corneliæ* locum habent, uti præter *Strauchium* nuper quoque docuit *D. Textor*, frustra cum *Covarruvia* dissentiente *D. Schiltero*. Unde rectè concludere possumus, si in materiâ servitutis, Romano Jure uti possumus, ubicunque Legibus Germanicis eidem non est derogatum, sequitur multò magis in materiâ Adoptionum idem esse dicendum, & consequenter, tamdiu Adoptiones facere licere, donec Lex aliqua prohibitoria, vel vera & certa consuetudo abrogatoria, doceatur.

ad tit. de Stat. hom. 0.11.  
Ex. Inst. 1.17.  
de l. B. III. 9.  
de Ut. Vol. c. 2.  
de Jure in re. c. 6. n. 6.  
§§. Resp. mil. IX. n. 4.  
ad S. 2. l. de l. pers. n. 4.  
de l. No. l. 1. c. 4.  
ad Tr. 1. 1. 2. f.  
Syn. Jur. Gent. c. 18. n. 44.  
ad π. Ex. III. 0. 2.

V. Cæterum & positivè isthæc Juris receptio doceri potest: poteritne enim validius esse hujus rei argumentum,



tum, quàm quod ab ipsis Imperatoribus Germanicis hodiernum Comitibus Palatinis, à se creatis, facultas adoptandi arrogandiq; conceditur? hoc sanè non fieret, si adoptiones & arrogationes in Germaniâ in usu non essent, ad quid enim prodesset facultas exercendi actus Juris vel inutilis vel antiquati? solere autem id ab Imperatoribus in hunc usque diem fieri, non solum propriæ Comitivæ suæ, à Ferdinando III. obtentæ, exemplo, demonstravit Jo. Philippi, in quâ disertè ei hæc potestas datur, ut possit *filios adoptare & arrogare, eosq; adoptivos & arrogatos facere, constituere ac ordinare, nec non filios legitimatos, ut & legitimandos, adoptivosq; & adoptandos in quâvis ætate constitutos emancipare ac patria potestate liberare, adoptionibusq; ac Emancipationibus quibuscunque omnium & singulorum infantium atque adolescentium consentire*: sed & plurium aliorum Tabulæ, quas mihi quidem hætenus videre licuit, idem ostendunt, ut in perpetuam formulam abiisse non dubitem.

d. Ecl. 73.  
n. 5.

VI. Accedit, quod non solum *juribus statutariis* passim liberorum adoptivorum fiat mentio, observante *Feltmanno*, quibus etiam peculiare nomen **ange-  
wünschte** / vel **gewillführte Kinder** / vernacula nostra tribuit; sed & de *superiorum* jam *temporum praxi*, irrefragabilia scriptorum nostrorum testimonia extant; memorabilis est locus *Caspari Lerchij*, adoptionem inter instrumenta perpetuandæ familiæ, ab Equestri Ordinis hominibus in Germaniâ frequentatam, tradentis, cujus verba hæc sunt: **Dasß der Reichs-freue Adel zu Erhaltung Kitterlicher Geschlechter/ Nahmen/ Schild/ Helm/ Haab und Guts/ das Mittel der Adoption sehr**  
**im**

ad L. i. §. i.  
ff. de adopt.  
n. 5.

de Ord.  
Equestri,  
part. i. n. 12.

im Gebrauch gehabt / indem viel tapfere Ritters-  
Mann/ wenn sie ihres Geblüts/ Schild/ Helm und Nah-  
mens Absterben und Untergang gesehen haben/ ihre nechste  
Freunde oder dero Kinder zu rechten Erben angenommen/  
daß wenn sie schon ihres Nahmens und Geschlechts nicht  
gewesen/ jedoch ihren Nahmen/ (wenn sie verstorben) mit  
Schild und Helm tragen/ auff und annehmen mögen und  
müssen/ darum auch ihnen die erworbene und ererbete Gü-  
ter angewiesen worden: additque in hanc rem exempla  
*Camerariorum de Wormatiâ, & Greifencloiorum*, quorum  
illi à *Nobilibus de Dalberg*, hi à *Volrathis* ita suscepti fue-  
rint, hodiè verò, quod mos iste rarius servetur, id malè  
fieri judicat.

VII. Denique ubi ad præjudicia, in causis Adoptio-  
num, & exempla, attendere velimus, infinita utique repe-  
riet, qui rerum judicatorum Collectores, Decisionum,  
Consiliorum, Responsorumque editores, evolvere su-  
stinuerit. Speciminis loco esse possunt præjudicia, quæ  
de Success. ex *Wilhelmo Schurero*, refert *Richterus*; Consilia verò &  
ab intest. responsa, apud *Argentoratenses* nostros & *Marpurgenses*  
S. I. m. 3. n. 15. & f. 3. habentur, quibus addi possunt *Schursius*, *Colerus* aliique:  
m. 2. ita *Facultas* quoque *nostra Juridica* haud ita pridem bis in  
V. I. C. 98. causâ arrogationis respondit, versus *Hanoviam*: sed ista  
V. I. C. 20. omnia jam colligere non vacat: quæ enim allata sunt  
n. 10. & V. II. sufficienter probant, Adoptiones adhuc hodie in Ger-  
C. 21. n. 55. mania valere, & plus justo ampliari legum abrogatarum  
f. 99. censum, ab his, qui Adoptionum Jura ad eandem clas-  
Cent. I. sem revocate audent. Quemadmodum in hanc sen-  
Conf. 85. tentiam eruditiores etiam *Juris Interpretes* denique, in  
decis. 212. A. 1671. & Commentatis atque libris suis pronunciarunt, inter  
1672. quos

quos Eguin. Baro, Huldericus ab Eyben, Rhetius, Schilterus, Feltmannus, laudantur, & quem jam supra nominavimus, Jo. Philippi, ac Beierus addi possunt.

ad j. tit. de adopt. ad l. h. l. Obs. 9. n. 6.

II. Quaecunque haecenus de adoptionibus diximus, ad Emancipationes quoque transferri debent, quarum vigor, ut ut à multis negetur, qui rem per totam ferè Europam consuetudine inductam putant, uti nominatim fecit Hahnus: iisdem tamen argumentis, quibus modo adoptiones sustinimus, ille adstrui potest. Et testantur Doctores de hac re passim. Ipse Gudelinus, qui adoptionibus tam rigidè adversatur, nihil frequentius esse Emancipationibus liberorum, etiam apud Belgas suos, disertè dicit. de Germaniæ verò nostræ provinciis idem alii tradunt, & speciatim de Bavariâ, Baltasar: de Frisiâ Orientali, Huldericus ab Eyben, qui tam ex fide dignorum relatione, quàm ex decisionibus Curiae Ostfrisiæ MSCtis, se nosse, addit, ad testandi facultatem & cum patre contrahendi filiis acquirendam, emancipationes non semel celebratas esse, in primarij Ostfrisiæ municipij Embdeni Curia, & adibus ordinarij seu presidentis, ut vocant, Confulis, des worthaltenden Burgermeisters. item Actorum ex Ducatu Bremensi Anno 1658. transmissorum meminit, quibus continebatur emancipatio à Doctore Medicinæ coram Senatu Stadensi eo fine facta, ut noverca privigno emancipato utiliter donare posset. De Saxoniâ præter Colerum, videatur Berlichius; add. Coll. Jur. Arg. Schilterus, Philippi.

sq. Comm. in l. 1. Feud. l. 1. t. 8. n. 39. ad π. Ex. III. 0. 16. ad l. 1. §. 1. π. de adopt. d. Ecl. 73. n. 2. ad Schulz. Instit. h. t. l. a. ad Wesf. tit. de Adopt. n. 7. de l. No 8. l. 1. c. 13. Resol. pract. p. 1. T. 3. ref. 2. n. 2. Tr. de tutel. fam. p. 3. m. 5. §. 13. & ad j. quib. m. j. p. p. sol. Obs. 13. n. 5. sq.

II.

Communio Juris adoptandi principibus asseritur. Ado-

B

ptio

Decis. 222. n. 8. p. II. C. II. n. 15. ad tit. de leg. tut. 0. 13. ad π. Ex 3. 0. 16. eccl. 77. n. 2.

ers  
dab  
hste  
nen/  
nicht  
mie  
und  
Güz  
npla  
rum  
fue-  
nalè  
  
ptio-  
repe-  
num,  
re su-  
quæ  
erò &  
genses  
ique:  
ois in  
ed ista  
a sunt  
Ger-  
arum  
a claf-  
e sen-  
ie, in  
inter  
quos



*ptio quid sit? Ejus Origo.  
Philosophica. Historica.  
Species. ac divisiones.*

IX. Possent fortasse aliquis existimare, quæ de usu adoptionum in foris Germaniæ disseruimus, ad Principum adoptiones parum facere, qui civili jure non teneantur; & quoniam tota adoptionis ratio fictione nitatur, ac juris civilis invento, uti *Ludvvellus*, aliique Interpretum nostrorum, fatentur, majorem sese difficultatem ostendere, quâ omninò Principibus ea attribui possit, maximè, cum & naturali juri, cujus vi Principes aliàs tenentur, videatur adversari, juxta quod *imperium paternum*, quod adoptione constitui debet, *ita sequitur ipsam patris personam, ac ἀέριον, ut avelli transferrique in alium non possit. ipsumq; jus patrium, quia ex singulari persone proprietate fluit, inalienabile habeatur*, dicente *Grotio*, id quod omnibus juribus personalibus commune est, *ut à personis discedere sine sui interitu non possint*, prout in simili casu *Jcius* loquitur. Verùm, tanta ea nobis non videntur, ut Principibus exinde juris adoptandi communio de neganda sit: siquidem personalitas, ut sic loquar, jurium, hoc saltem impedit, ne formaliter in alios possint transire, effectuum tamen translatio, cum aliquâ circâ illos facultate, benè fieri potest. *Ususfructus* jus maximè personale est, nihilominus aliis vendi, locari, concedi posse, leges dicunt, sane non ipsum *jus ususfructus*, in quantum est servitus, sed ut jure illo personali retento, *Usufructuarius* in effectu per alium fruatur, & potius *Jus usurpandi* transferat, uti *Strauchius* explicat. eodem modo in adoptione, jus patrium, ex generatione

ad pr. l. de  
adopt.

de I. B. &  
P. II, 5, 5.  
& III, 7, 4.

l. 15. π. fam.  
ercisc.

§. 1. l. de  
Vf. & hab.  
l. 12. §. 2.  
l. 67. de  
Vf. & fr.  
ad π. Ex.  
VII, 32.

ne  
sinu  
filij  
re,  
mi  
sen  
fer  
jur  
qu  
re,  
du  
ali  
ma  
no  
me  
ve  
po  
qu  
ha  
str  
sta  
tu  
qu  
m  
re  
ea  
g  
ri  
m  
m

ne quæsitum, formaliter non transit, nec enim, quia desinunt sui heredes esse, in adoptionem dati, possunt de sinere filij filiaeve, aut nepotes neptesve esse, fatente ipso Imperatore; sed quoad effectus civiles, successionis, statusque familiæ, perinde habetur, ac si ab adoptivo parente nati essent: unde nihil juri naturæ repugnare adoptionem, disertè quoque docuit *Pufendorfius*. qui vero inventum juris merè civilis dicunt, adoptionem in se talem, cum qualificatâ illâ Romanorum, videntur mihi confundere, quo enim modo Romani juris fictionibus in solidum adscribi potest, quod pridem ante Romanos ab aliis populis est frequentatum? quanquam heic Romanas præcipuè adoptionum leges, conditionesque nosse, jucundum ac utile sit, ad cognoscendum, quid mores hodiernorum, præsertim Germaniæ, Principum, vel retinuerint, vel ubi recesserint, ut exinde naturalia à positivis in hoc argumentò facilius possint separari. nam quod *Hobbergius* tradit, adoptionem, vetustioribus seculis haud incognitam, hodie valorem pene amisisse, & apud illustres personas vix ejus mentionem fieri, in cujus locum patet. §. 67.

*Diff. de princip. fam. perpet. §. 67.*

*Et a successoria, quæ Confraternitatum nomine appellantur, substitui debeant, rerum veritati parum congruit, quemadmodum ex speciminibus & exemplis infra nominandis, apparebit. Sed ut clarius isthæc pateant, rem omnem altius repetamus.*

X. Quid nomine adoptionis veniat, & quâ ratione ea definienda sit, passim Interpretes docent, neque enim generalioribus istis nunc prolixè immorabimur. Plerique accuratiores *Theophilum* secuti, per actum legitimum describunt, naturam imitantem, ad eorum qui liberos non habent solatium inventum: quæ quidem definitio, si

*l. Sent. 25,*  
*4.*  
*IV. Select.*  
*20.*  
*add. Gothofr. ad*  
*l. 77. de*  
*R. I. l. g.*  
*sqq.*  
*Noct. Att.*  
*V, 19.*  
*ap. Strauch*  
*jur. Iust.*  
*Ex. IV, 0. 14.*  
*l. 1. pr. de*  
*Adopt.*

à solennitatibus istis, quarum ratione apud Romanos, uti ex *Paulo* aliisque, quorum testimonia *Brissonus* collegit, discimus, in numero *legitimorum actuum* veniebat, quæque à *Gellio* consignatæ sunt, abstrahamus, facili negotio ad Principum quoque adoptiones potest accommodari. Actus est *naturam imitans*, ut, quemadmodum, qui à nobis generati sunt, filii nostri ipsâ naturâ fiant, ita pari censeantur loco, per operationem juris, quos adoptione elegimus: atque sic adoptio in partem subsidii venit, & subsidia, quæ natura negavit, prudentia hoc modo substituit. Effecit isthæc similitudo, ut *fiotarum* quoque *nuptiarum* nomine exprimi consueverit adoptio, & quoad patriæ potestatis acquisitionem justis nuptiis æquari, quod *filios familias non solum natura, verum & adoptiones faciant*, ut cum *Modestino* loquamur.

*fac. l. 15.*  
*S. 2. π. de*  
*Adopt.*

XI. Rationes quæ initio sui ejuscemodi instituti usurpationem produxerunt, in desiderium supplendi spes istas, præsidia ac solatia, quæ ex intimâ liberorum conjunctione sentiunt parentes, denique desinunt resolvunturque, quas sicut distinctius in sequentibus explicavit antea laudatus *Theophilus*: quod forte quispiam cum liberos non haberet, quia vel uxorem non duxisset, vel sterile matrimonium esset expertus, vel liberos quos habuerat, amisisset: levare volens aut naturæ vitium, aut infelicitatem fortune, aliquem in adoptionem accipiat, ita nonnullos in re præsentis & alias subinde ad adoptandum impellere vel movere causas, negari non potest, nec tamen propterea definitio illa imperfectionis arguetur, quam, pro more & conditione rerum civilium, id quod plerumque fit, ostendere, ab ipso jam *Theophilo* admonitum, & exem-

exemplo eorum, qui aliquando etiam cum liberis habent, ad adoptandum, extra ordinem, admittuntur, comprobatum est.

XII. Cæterum, præter communes illas, peculiariores ferè sunt causæ, quæ Principum adoptionibus, ex interioribus Status principalis rationibus desumptæ, subserviunt, quæ vel ad quietam regnorum in successorum transitionem, atque ita *conservandam Monarchiam*, vel ipsorum *Imperantium*, dum publico regimini præstant, *securitatem*, potissimum pertinent collimantque. Nihil est quod facilius regii Imperii formulam concutere, aut sub ancipiti alius Reipublicæ generis meditatione, in partes distrahere possit, quàm si heres regni incerto sit, neque enim illa *Alexandri*, cum moribundus, cui regnum relinqueret, interrogaretur, vox, *ei, qui esset optimus*, valde probatur, iudicio ipsius *Curtij*, qui *sine certo Regis herede, sine herede Regni, publicas vires ad se quemq; tracturum*, ex insitâ multis principatus obtinendi cupidine, facilè perspiciebat, id quod rerum experientia quoque deinceps approbavit, aliisque exemplis similibus idem *Clapmarius*, docuit. Quare contra hoc mutationis dissolutionisque periculum, sicut, qui ex se natos filios habent, solenni successoris destinatione, aut in Imperii consortium assumptione, prospicere plerumque solent, ita, quibus natura hoc beneficium non tribuit, illi ad adoptiones confugere coguntur, *ne successor incerto sit, ut vel sic pravæ aliorum spes cohibere possint*, observante *Tacito*. Sed & dum imperio adhuc potentiuntur Reges, autoritatem majestatemque suam, adversus contemptum, machinationesque varias, vix certius quàm liberorum præsidio tueri valent; memorabilis

ap. Curt. X.  
5, 5.

d. l. n. 11.

de Arcan.  
II, 21.

III. Ann.  
56, 3.

IV. Hist 52. bilis iterum in hanc rem est *Taciti* sententia, ex *Titi* ad patrem *Oratione*, non legiones, non classes, perinde firma imperij munimenta quam numerus liberorum, unde signanter subsidia aulae, adminicula *Augusti*, bonis autoribus appellantur, cum ex adverso, *Orbitas despectui sit*, ex quâ injuriæ inferendæ facilitas temeratoribus regni sæpè nascitur, tanquam nullo vindice, quemadmodum scivit & conquestus est, *Alexander*. His ergò malis etiam adoptionibus prospicitur, quali unico remedio se militares seditiones componere posse, olim *Galba* existimavit, *audita adoptione*, inquit, *desinam videri senex*, quod nunc unum mihi objicitur. imo, liberis jam præsentibus non raro adoptivos plures superaddunt, qui fortunæ casibus subitisque interea suorum mortibus admoniti, uni munimento aut alteri non satis fidunt, quali consilio *Augustum* legimus usum, quò plurimis munimentis insisteret. illustre hujus circa principis securitatem præsidii specimen habemus in *Tiberio*, ad cujus principatum cum summâ libidine adspiraret *Ælius Sejanus*, plena *Cæsarum domus*, juvenis filius, nepotes adulti, moram cupitis adferebant.

*Cur.* VI, 9.  
12.

*ap. Tac.* 1.  
*Hist.* 12, 2.  
§ 16, 5.

*ap. Tac.* 1.  
*Ann.* 3, 7.

*Tac.* IV.  
*Hist.* 3, 1.

*Paræm.* 1.  
7, 14.

XIII. Et hæc quidem, quæ ex adoptionibus publicè privatimque redundant commoda, dudum notitiæ variorum populorum se insinuarunt, illarumque usum iisdem commendarunt, ut propterea non immerito *Originem* adoptionis antiquissimam, cum *Vinnio* dicere possimus, quanquam enim adoptiones plerisque gentibus displicuisse, scribere non vereatur *Antonius Matthæi*, in probandâ tamen hæc suâ assertione, idoneo certè destituitur fundamento, quos enim allegat *Hollandos*, *Franco*que, nec plerosque populos faciunt, & jam supra



prà, omnem iis adoptionum usum auferri vix posse, ostensum est, satisque moderationes istæ, quas suæ statim sententiæ ipse apponit Matthæi, comprobant. Alias jam apud Hebræos, Assyrios atque Ægyptios, adoptionem fuisse usurpatam, ex *Josepho*, scriptore proprio, aliisque monumentis, à *Diodoro Siculo* servatis, annotavit *Vinnius*. De Græcis, idem demonstrant leges, moreque, & exempla, qualia ex *Isæo*, *Demosthene*, *Antiphone*, aliisque, præclarâ industriâ collegit *Samuel Petrus*, quorum lingua, *τεκνοποιία*, *ὑποδοσία*, adoptio, & adoptivus filius, *θετός*, appellatur. Ad Romanos ubi transiverimus, nemo vel obiter in gentis hujus historiâ versatus puto fuerit, qui non inter quotidiana servandarum propagandarumque familiarum instituta, adoptiones deprehendat, à quibus, perpetuâ quasi consecutione, uti in universum legum Romanarum autoritas, ita hujus quoque adoptandi moris, communio, ad alios deinceps populos transiit, atque ad nostra usque tempora propagata est: quâ de re, tanquam ex se manifesta, ut demonstrando simus prolixiores, superfluum esse ducimus, poterunt vero hi, quibus fortè dubium aliquod super istâ sententia excitatur, ex speciminibus mox adducendis judicium suum ulterius instruere.

*Comm. ad  
LL. Att.  
lib. II. tit. 4.*

XIV. Cæterum hæc ipsa ratio, quod Jus Romanum omnium ferè Gentium Christianarum usu & approbatione commune redditum, effecisse videtur, ut ex modis & speciebus adoptionum subinde Romani moris vestigia occurrant, nisi quod in adoptionibus Principum ad simplicitatem juris gentium sæpe redeatur: quorum institutorum differentia, ut clarius percipiatur, notandum est, jam antiquissimis Reipublicæ  
Roma.

Sid. l. 2. π.  
de Adopt.

Romanæ temporibus, adoptionem, tanquam generale nomen, in duas species abiisse, in *arrogationem*, & in eam, quæ in generis sui nomine stat, & *adoptio* dicitur. Illa per populum, adeoque Romæ tantum, extrâ quam populus Romanus non erat quærendus, fiebat, curiatis in Comitibus, causâ à pontificum collegio cognitâ, puta, ætasne arrogatoris liberis potius gignendis idonea, bonave ejus, qui arrogaretur, insidiosè petita essent, atque solum locum habebat in illis, qui sui juris fuerant; hæc verò perficiebatur per Magistratum, Prætorem aut Præsidentem Provinciæ, obtinebatque in his, qui sub potestate patriâ constituti, in jura & familiam alterius transeunt. Formulam antiquæ arrogationis conservavit

M. Att. V.  
19.

*A. Gellius. talem: Velitis. jubeatis. Quirites. uti. Lucius. Valerius. Lucio. Titio. tam. jure. Lege. Q. Filius. sibi. fiet. quam. si. ex. eo. Patre. Matre. Q. familias. ejus. natus. esset. Uti. Q. ei. vitæ. necis. Q. in. eo. potestas. fiet. uti. patri. endo. Filio. est. hæc. ita. uti. dixi. ita Vos Quirites. rogo.* atque ab hac rogatione ad populum arrogatio dicta est, non quidem

IX. Pareig.  
5.

sola, ut *Alciatus* putavit, hoc enim sensu omnes Leges ad populum latæ arrogationes dicendæ forent; sed potissimum etiam ab adoptantis & adoptati rogatione, quæ præcedebat, populi verò sequebatur, ne alias dissentientibus illis, consensus populi irritus esset, omninò enim arrogandus debebat consentire, ne nulla fieret arrogatio, uti à *Cicerone* deducitur. Duravit isthæc arrogandi ratio, donec jure populi per legem regiam in Principem translato, hujus autoritas & rescriptum in locum Comitiorum Curiatorum, succederet, ex quo arrogatio

Orat. pro.  
dom.

*ex indulgentiâ principali facta, perinde valet, apud Prætorem vel Præsidentem intimata, ac si per populum jure antiquo facta*

facta, perinde valet, apud praetorem vel praesidem intimata, ac si per populum jure antiquo facta esset; quemadmodum ex constitutione Diocletiani & Maximiani apparet. Unde & hodie, auctoritatem arrogationi praestare, inter Regia jura majora referri, ex Sixtino, observat Feltmannus, cujus tamen juris exercitium quandoque aliis delegare solent, & nominatim Comitibus Palatinis, per quos in Germaniam idem fieri posse, Arumaeus, Philippi, ac iterum Feltmannus, annotarunt. Sed & in adoptione in specie sic dicta, in qua olim potestas patris naturalis absque discrimine transibat in patrem adoptivum, Justinianus differentiam introduxit, a personam extraneam ea fieret, an a non extraneam, alii vel imperfectam vel perfectam adoptionem dicunt, ut priori casu, praeter jus succedendi ab intestato, nihil acquireretur, ubi posteriori patria potestas, cum suis effectibus, constituta fuerat.

l. 2. C. 6. C. de Adopt.

ad l. 2. n. de adopt. n. 2.

Jur. Publ.

V. 3. D. 30. §. 34.

L. 1. Ecl. 73. n. 45.

ad l. 36. de adopt.

l. 10. C. de adopt.

XV. Ratione Solemnitatum, exteriarumque ceremoniarum, varii fuerunt adoptionum modi. Praeter jam memoratos, quinque recenset Giphanius, per testamentum, per baptismum, per arma, per capillum, & per matrimonium: quanquam has partim adoptiones proprie non esse, partim in desuetudinem abiisse, putaverit Ludovellus: de quo amplius dispiciendum censeo. Et quidem adoptionum, in testamentis, principum non minus quam hominum privatorum, factarum, plura exempla Historia Romana suppeditat, quibus id agebatur, ut non tantum in bona, sed & nomen testatoris vocaretur, qui heres scribebatur, utrumque enim nisi simul adsit, adoptio nulla est, docente Cujacio. Sic Q. Cecilius moriens testamento adoptavit Pomponium Atticum, heredemque fecit ex dodrante, ut ex Cornelio Nepote discimus.

ad §. 1. j. de adopt.

Diff. 11. ad l. 9. §. 8. l. c.

VII. Obs. 7.

in Attico, V. 2.

C

mus.

nerale  
& in  
icitur.  
quam  
uriatis  
a, pu  
onea,  
nt, at  
erant;  
m aut  
pote-  
s tran-  
rvavit  
us. Va-  
quam.  
ti. 2.  
o. Filio.  
ab hac  
uidem  
Leges  
ed po-  
tione,  
dissen-  
nninò  
ret ar-  
c arro-  
n Prin-  
locum  
rogatio  
Prato-  
antiquo  
facta

*in Tiber. VI.* mus. de Tiberio memorat *Suetonius*, quod post reditum in Urbem, à *M. Gallio Senatore* Testamento adoptatus, hereditate aditâ, mox nomine abstinuerit, quod *Gallius ad versarum Augusto partium fuerat*: ex principibus Romanis præcipuè huc spectat adoptio *C. Octavii, Julii Cæsaris* testamento facta, de quâ *Suetonius* ita refert: *novissimo testamento tres instituit heredes, sororum nepotes, Cajum Octavium ex dodrante, & Lucium Pinarium & Quintum Pedium, ex quadrante reliquo: in imâ cerâ Cajum Octavium etiam in familiam & nomen adoptavit.* de quali adoptionum genere, utut communiter tradant, eas jure factas non censerî, quod *Legati* verbo in *Legibus XII. Tabularum*, adoptiones non significantur, quam rationem *Cujacius* affert, adeoque eas nec satis firmas esse, nisi, juxta *Marcelli* consilium, confirmarentur, sicut etiam, *Dione & Appiano* testibus, testamentariam adoptionem suam *Lege curiata* confirmari curaverit, *Octavius Cæsar*, ut auctoritate *Legis* accederent, quæ testamento nactus non erat; existimo tamen longè disparem esse rationem ejusmodi adoptionis, qualis fuit *Octavii*, ab aliis testamentariis adoptionibus communibus, ubi quis simpliciter *nomen suum ferre*, à testatore jubetur; nam hi quidem adoptati propriè non sunt, sed *ἀνύπωσ* ita dicuntur, non enim, etiamsi testatoris hereditatem & nomen adibant, in familiam adoptabantur, ut filiorum loco censerentur; unde de hâc adoptione verum est, quod impropriè talis sit, quæ propterea etiam solo testamento fieri potuit, imò semper facta est, cum nihil aliud sit, quam hereditatis delatio, cum *nominis ferendi* conditione, quæ etiam remitti potest. Ast altera illa formula, quâ *Octavius* legitur in testamento adoptatus, non

*in Cas.*  
*LXXXII, 3*

*l. 38. de*  
*adopt.*  
*lib. 46.*  
*lib. 3.*

non tantum in nomen, sed & in familiam testatoris fuit, quâ ratione opus erat *curiatâ Lege*, quoniam vulgaris illa testamentaria adoptio, institutos nominis quidem heredes faciebat, sed eos liberti paterni, & alia familiæ jura non sequebantur, nisi hoc expressè actum fuerat, ut in familiam assumerentur, sicut hanc differentiam *Petitus* quoque observavit.

XVI. Cæterum posteriori hoc casu nec impropria erit adoptio, quasi in mortuo nullus amplius esset potestatis patriæ usus, cum sufficiat ille nominis & familiæ effectus, ut *Bachovius* docuit; nec fortè tantâ facilitate abrogata vel antiquata dici poterit, cum exempla non desint, etiam in Germaniâ nostrâ, & inter Illustres personas, quibus hic adoptandi modus reperitur usurpatus. ita enim circa seculi superioris decursum Liber Baro G. de F. testamentum condidit, in quo cognatum suum, V. Liberum Baronem de M. non solum heredem, sub nominis & insigniorum ferendorum conditione, instituit, sed insuper quoque in filium suum adoptavit, formulam institutionis *Philippus Matthai*, qui ab heredibus testatoris legitimis propterea consultus, nomine Collegii Juridici Marpurgensis, respondit, hujus tenoris refert: So setzen wir hiermit wissentlich und wolbedâchtig/ willkührlich und auß bewegenden guten Ursachen/ zu unsern/ rechten/ wahren/ und ohnzweiffentlichen Universal-Erben/ aller unserer übrigen Verlassenschaft/ so wir/ wie oben vermeldet/ in diesen Testament, oder hernach/ nicht verschafft haben/ ein/ des wolgebornen W. von M. Freyherrn zu W. unsers freundlichen lieben Bettern/ ältern Sohn W. von M. Freyherrn zu W. & mox in eodem paragrapho: daß auch erstgemeldter W. von M. für sich seine

ad §. 2. de adopt.

V. I. C. 20. n. 1. § 10.

um in  
TUS,  
us ad  
oma-  
ca sa-  
vissi-  
ajum  
ntum  
vium  
de  
dant,  
Legi-  
ntur,  
is fir-  
ntur,  
riam  
verit,  
quæ  
è di-  
s fuit  
mu-  
atore  
t, sed  
redi-  
filio-  
rum  
a solo  
nihil  
rendi  
a illa  
atus,  
non

nachkommende ehliche Leibs- Erben/ und Erbens- Erben/  
für und für/ Unsern Nahmen/ benamlich B. von F.  
Freyherz zu M. zc. und Unser Wappen/ mit Schild  
und Helm/ wie Wir uns dieser Zeit gebrauchen/ führen  
solle/ darzu Wir ihn dann hiermit in bester und beständig-  
ster Form Rechtens/ auch mit gutem wissen und willen ob-  
gemeldten seines Herrn Vaters/ und sein selbst/ an Un-  
sers eigen eheleiblichen Sohns statt adoptiret  
und angenommen haben wollen.

P. 2. Conf.  
Marp. 21.  
n. 55. f. 99.

d. V. I. C.  
20. n. 56.

in testamento factæ, meminit *Regnerus Sixtinus*: sed de  
his notandum, eas non valere, nisi Magistratus confir-  
matio, & publica insinuatio accedat: id quod, in prio-  
ri isto exemplo, testatorem quoque agnovisse, exinde  
apparet, quod adoptioni suæ testamentariæ, hæc verba  
subjecerit: auch vorhabens sind/ eine solche adoption ne-  
ben ihm selber und seinem Herrn Vatern/ am Kayserlichen  
Cammergericht/ als unsern ordentlichen ungemittelten  
Richter/ wie es die gemeine beschriebene Kayserliche Rechte  
erfordern/ mit erster Gelegenheit nothdürfftiglich confir-  
miren zu lassen.

XVII. Per *Baptismum* adoptari dicebatur is, qui ad  
baptismum ab aliquo offerebatur, pro quo ille spon-  
debat apud sacerdotem baptizantem, qualis adoptio  
fiebat vel simpliciter, ἀνὰ τελετῆς θείας, καὶ ἱερῶν ᾠδῶν, *citra*  
*divinum sacrificium divinosq; cantus*, vel, ut postea, Ἀπὸ  
ἱεργῆς & χῆς, *per sacras preces*, aut Ἀπὸ τελετῆς ἱεργῆς, *per sacro-*  
*sanctum sacrificium*; eaque à Veteribus Christianis in-  
troducta, maxime in Ecclesiâ Græcâ exercebatur. de  
quâ præter Constitutiones Imperatorum, *Justiniani* ac  
*Leonis*, elegantem *Theodori Balsamonis*, doctissimi Con-  
cilio.

l. 24 C. de  
Nupt.  
Nov. 24.  
C. 89.

ciliorum Interpretis, locum habemus, ad Canonem il-  
 lum, quo *affinitatis spiritualis* prætectu, his qui ex sancto  
 & salutari baptisate infantes suscipiunt, matrimonium  
 prohibetur cum matribus hujusmodi filiorum. ubi, post-  
 quam verba Novellæ Leonis adduxisset, ea subjungit, ex  
 Latinâ *Gentiani Herveti* versione: Nota ergò ex Novel-  
 lâ, quod sicut prohibentur quædam personæ, quæ per  
*sacrum baptismum* cognationem in vicem acceperunt,  
 matrimonio conjungi, ita etiam prohibentur, quæ per  
 adoptionem fraternitatis acceperunt. Nota præterea,  
 ὅτι καὶ Διὰ τῆς ἱερωσύνης ὁ Χρῆς γίνεται ἰσοθεσία. ἔχει ἔν τῷτο ὅτι μνήμης.  
 ἔδὲ τὸ ἑρπύτιον πρὸ ἀλλεχθὲ κείμενον, καὶ Διὰ τῷτο ἀγνωεῖται τοῖς πολλαῖς,  
 quod per sacras preces fit adoptio, tene ergò hoc memo-  
 riâ, neque enim alibi invenitur, & idcò à multis ignoratur.  
 & quæ plura in eam rem sequuntur. Cæterum Fran-  
 cis quoque notum fuisse hunc adoptionis modum, Ca-  
 pitularia Caroli M. satis ostendunt, exemplumque Re-  
 giæ hujusmodi adoptionis, apud *Theganum* extat, ubi  
*Dux Bernhardus, qui erat de stirpe regali, Domini Impera-*  
*toris, Ludovici, ex sacro fonte baptismatis filius* dicitur.  
 pertinet eodem vetus scheda, quam ex Bibliothecâ Col-  
 bertinâ in *Appendice* ad Capitularia retulit *Stephanus Ba-*  
*luzius*, de Monacho Cenomanensi, in *spiritualis filij vi-*  
*cem* ab avunculo quondam suo suscepto: hoc enim, *filij*  
*spiritualis, filioli de fonte, filioli de baptismo, aut de confir-*  
*matione*, titulo, sic adoptatus solet passim nominari,  
 Græcis quoque *πνευμαλικὸς υἱὸς* dicitur, ut inscriptio docet  
 apud *Seldenum*, ad *Marmora Arundeliana*; sicut ex ad-  
 verso, *patrinus, patris spiritualis & adoptivi* appellatio-  
 nem inde retinet. Præterea ex scriptoribus constat, à  
 susceptoribus collata fere semper filiis hisce post ba-  
 ptismum

ad Can. 53.  
Concil. VI.  
in Trullo.

L. VI. c. 175.  
edit. Ba-  
luz.  
de Gest. Lu-  
dov. Imp.  
c. 36.  
v. 88.



ptissimum munera, veluti in signum adoptionis legitima, cujus vi bonorum suorum partem aliquam iis deberi existimabant, quæ *filiolatus, filiatici, & filiologij* nomine consueverunt indicari, ita *Chronicon Ademari Cabanensis*, de Ludovici Pii, in Haraldum, Daniæ Regem, cum Moguntia cum suis baptizaretur, donis: *Eroldus cum Uxore suâ & magnâ Danorum multitudine veniens ad Imperatorem Moguntiam, & apud S. Albanum, cum his quos secum adduxit, baptizatus est, fuitque filiulus Imperatoris de fontibus, & multis muneribus ab eo donatus, per Frisiam, qua venerat, reversus est; in qua provincia dedit ei Imperator in filiolatu unum Comitatum, qui Triusti vocatur.*

ad 4. de-  
cretal.

l. 4. c. 13.

Simile exemplū refert *Beda*, in *Historiâ Ecclesiasticâ Anglicanâ*; erat autem Rex Gentis illius *Edilvalch*, non multo ante baptizatus in provincia *Merciorum*, presente ac suggerente Rege *Vulfhere*, à quo etiam egressus de fonte, loco filij susceptus est, in cujus signum adoptionis duas illi provincias donavit, *Veclam* videlicet *insulam*, & *Meanuarorum Provinciam*, in gente *Occidentalium Saxonum*. Hanc adoptionem & cognationem spirituales *Cujacius* fictam & imaginariam vocat, cujus juris arbitrium totum sit in hominibus, non à Domino, non ab Apostolis, nec ulla extet vetustior memoria tempore *Justiniani*, & auguratur, eam aliquando procedente tempore prorsus abrogatum iri, sicut in Ecclesiis quoque nostris non attenditur; add. *Rittershus. Different. Jur. Civ. & Can.*

L. 1. c. 16.

XIIX. Adoptionis *per arma*, quam Principes olim servabant, Originem, Germanis tribuit *Giphanius*, quanquam illius Usus deinceps aliis quoque populis communis factus est: tota ejus ratio, cum præclare describatur in *Theodorici Regis Gothorum*, ad Regem *Heru-*



Herulorum, ab eodem ita adoptatum, epistola, quam  
 Cassiodorus asservavit, eam huc afferre non pigrabimur: L. IV. Va-  
 riar. c. 2.  
 per arma fieri posse filium, grande inter Gentes constat esse  
 praconium, quia non est dignus adoptari, nisi qui fortissimus  
 meretur agnosci, in sobole frequenter fallimur. ignavi au-  
 tem esse nesciunt, quos judicia pepererunt. Hi enim gra-  
 tiam non de natura, sed de solis meritis consequuntur, quan-  
 do vinculo animi obligantur extranei. Et tanta in hoc actu  
 vis est, ut prius se velint mori, quam aliquid asperum patri-  
 bus videatur infligi. Et ideò more gentium, &  
 conditione virili, filium Te praesenti mu-  
 nere procreamus, ut competenter per ar-  
 ma nascaris, qui bellicosus esse dignosceris. damus  
 quidem tibi equos, enses, clypeos, & reliqua instrumenta bel-  
 lorum: sed quae sunt omnimodis fortiora, largimur tibi no-  
 stra judicia. Summus enim inter Gentes esse crederis, qui  
 Theodorici sententia comprobaris. Sume itaque arma, mihi  
 Tibique profutura. Ille à Te devotionem petit, qui Te magis  
 defensare disponit. Probat tuum animum, & opus non ha-  
 bebit obsequium. Adoptat Te talis, de cujus gente Tu potius  
 formideris. Nota sunt enim Herulis Gothorum, Deo ju-  
 vante, solatia. Nos arma tibi dedimus, gentes autem olim  
 virtutum pignora praestiterunt. Salutantes proinde gratia  
 competenti, reliqua per illum, atque illum, legatos nostros,  
 patrio sermone mandamus, qui vobis literas nostras eviden-  
 ter exponant, & ad confirmandam gratiam, quae sunt dicen-  
 da subjungant. Atque in hunc modum Justinianus Cassiod. lxx  
 Var. 1.  
 l. 1. de Bell.  
 pers.  
 Athalaricum adoptavit: refertque Procopius, cum Ca-  
 bades Persarum Rex Justino Imperatori pacem obtulif-  
 set, si Cosroem ex Sorore filium adoptaret, Consilio  
 Procli,

giti-  
s de-  
no-  
i Ca-  
gem,  
oldus  
ns ad  
quos  
rato-  
Fri-  
dit ei  
atur.  
An-  
mulio  
gge-  
co filij  
ncias  
Pro-  
ptio-  
ima-  
mini-  
ustior  
uando  
clesiis  
Diffe-  
olim  
anius,  
opulis  
rè de-  
egem  
Heru-

Procli, Justinum respondisse, paratum se id facere, sed ita, ut barbarum deceret, id est, per arma, non per litterarum instrumenta; ne ita sui heredis jus Cosroi tribueretur, quod usitata alioquin apud Romanos adoptione factum esset.

de gest. Lon  
gob. L. 6.  
6.53.

d. 1.

XIX. Quemadmodum vero solitas quondam per arma fieri adoptiones, recentior ætas nostra non vidit, ita nec illas puto, quæ per *Capillum* vel per *Comam*, contingunt; quales tamen à Germanis vetustioribus alias frequentabantur. illustre exemplum refert *Paulus Warnefridus*, ex seculo Carolingico, iis verbis: *Circa hæc tempora Karolus Princeps Francorum, Pipinum suum filium ad Liudprandum direxit, ut eius juxta morem Capillum susciperet, qui ejus Casariam incidens, ei pater effectus est, multisque eum ditatum regis muneribus genitori remisit.* Novissimum adoptionis modum per *Matrimonium*, hodie nostris moribus usitatum esse, pronuntiavit *Giphanius*, atque ita explicavit, quod eo liberi dicantur dari in *Morganaticam* sive *Morgengabam*. nam sæpe fieri, ut instrumento nuptiali pactum inseratur, quo liberi antea suscepti ex altero duntaxat communes fiant, & velut adoptentur.

XX. Si ad finem scopumque adoptantium attendamus, quo nonnulli in verum sui auxilium solatiumque, adeoque ex proprio operis instituto, filios sibi adsciscunt; alii, velando sæpius alii negotio, propositoque, ab adoptione prætextum sumunt, distinguere eas possumus, in *veras* & *simulatas*: cum enim in Republica præsertim Romana, numerus liberorum varia subinde jura immunitatesque parentibus conciliabat, uti vel ex *Pandectis* nostris notum est, ex adverso, cœlibes atque *Orbi*, tum munerum publicorum, tum etiam hæredita-  
tum

tum consequendarum, ratione, deteriori censebantur jure, frequenter admodum accidit, ut in fraudem legis, simulatis adoptionibus sint usi. Meminit hujus pravissimi moris Tacitus, quo modo propinquis Comitibus, aut sorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adsciverint filios, Praturasque & provincias inter Patres sortiti, statim emiserint manu, quos adoptaverant: Contra quos legitimi parentes, magna cum invidia Senatum adierint, Jus naturæ, labores educandi, adversus fraudem, & artes, & brevitatem adoptionis, enumerarint; eique malo depellendo, Senatus Consultum factum: ne simulata adoptio in ulla parte muneris publici juvaret, ac ne usurpandis quidem hereditatibus prodesset. Sic P. Clodii Patricii à Fontejo Plebejo, factam adoptionem, quo Tribunus fieri posset, cum paulo post emanciparetur, simulatam, atque adeò invalidam, dixit Cicero, quam tamen ab hac nota liberare sustinuit Scipio Gentilis. Et sane si ad nostra inter Principes institutarum adoptionum exempla recentiora, ista conferamus, reique illic gestæ rationes paulo accuratius inspiciamus, valde paucas ex numero simulatarum eximendas esse, apparebit.

XV. Ann. 19.

Orat. pro Dom. Diff. de L. Clod. §. 9.

XXI. Sed & illud in Principum adoptionibus observandum, alias domestico respectu fieri, alias verò publicæ rei intentas dicatasque esse; *publicas* illas, has *privatas* dici posse, pridem B. Bæclerus noster monuit, qui etiam ad *arcana domus* has, illas verò ad *arcana Imperij* retulit, eleganterque satis utriusque rationes *alibi* explicavit. Publica illa plerumque ad eligendum aliquem *extraneum* pertinet, qui nulla sanguinis affinitatisve necessitudine adoptanti conjunctus, solis virtutibus, ut adoptaretur, est meritis, quâ, ex officio *boni Principis,*

Comment. Plinian. c. 3. §. 23. ad 1. Ann. Tacit. 3. annot. 1.

D

cipis,

led  
lite-  
tri-  
dop-  
per  
idit,  
con-  
alias  
War-  
hac  
filium  
illum  
s est,  
misit.  
ho-  
anius,  
Mor-  
men-  
oti ex  
atten-  
tium-  
bi ad-  
posito-  
re eas  
blica  
binde  
vel ex  
atque  
edita-  
tum

Panegy.  
c. 7.

*ipsis, communis potius salutis ac Reipublicæ causa, quam suæ firmandæ potentiæ studio, filius, citra ambitionem aliorum aut propriam cupiditatem, constituitur: privata contra, ex instituto tyrannico, quo sibi potius suo- que dominatui tendit Princeps, quam Reipublicæ, suscipitur, eaque, non tam de idoneo, quam stirpi Regiæ innexo, sollicita, intra domum ut plurimum consistit, nec causas in laude semper ponendas pro fundamento habet. Præclare oppositionem hanc, in exemplo Tra- jani, à Nerva adoptati, C. Plinius expressit, non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor Principem fecit. Nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla necessitudo: nisi quod uterque optimus erat, dignusque alter eligi alter eligere. Itaque adoptatus es, non ut prius alius atque alius in gratiam uxoris: adscivit enim Te filium non Vitricus, sed Princeps, eodemque animo Divus Nerva Pater Tuus factus est, quo erat omnium. Nec decet aliter filium assumi, si adsumatur à Principe. An Se- natum. P. Q. R. exercitus, provincias, socios transmissurus uni, successorem è sinu uxoris accipias? Summaque potestatis he- redem tantum intra domum Tuam quaras? non per totam civitatem circumferas oculos? & hunc Tibi proximum, hunc conjunctissimum existimes, quem optimum, quem Diis similli- mum inveneris? Imperaturus omnibus, eligi debet ex omni- bus. Non enim servulis Tuis Dominum, ut possis esse con- tentus quasi necessario herede, sed Principem civibus datu- rus Imperator. Superbum istud & Regium, nisi adoptes eum, quem constet imperaturum fuisse, etiam si non adoptas- ses. Et quæ coetero contextu in hanc rem plura se- quuntur. Quando dixit, alius atque alius in gratiam uxoris, Tiberius & Nero, nisi fallor, intelliguntur, ille ab*

ab

ab Augusto, matris Liviæ ambitu, hic à Claudio, Agrippinæ ad imperium, adscitus. Unde inter exempla quoque publicarum adoptionum, vel maximè isthoc Trajani ponendum est: quod etiam de adoptione Pisonis, à Galba, quanquam non pari felicitate ac successu, facta, dicendum, in qua, uti à Tacito describitur, dicitur fere privata adoptio, hoc est, ex causa privata, & more privato instituta, & publica illa, contra nominantur. *Si Te privatus, inquit Galba, lege curiata, apud Pontifices, ut moris est, adoptarem, & mihi egregium erat tunc, Pompeji & M. Crassi subolem in penates meos adsciscere; & Tibi insigne, Sulpiciæ ac Lutatiæ decora, nobilitati Tuæ adjecisse. Nunc me Deorum hominumque consensu ad Imperium vocatum, præclara indoles Tua, & amor patriæ impulit, ut Principatum, de quo majores nostri armis certabant, bello adeptus, quiescenti offeram, exemplo divi Augusti, qui sororis filium Marcellum, dein Generum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberium Neronem, privignum, in proximo sibi fastigio collocavit. Sed Augustus in domo successorem quasi vit; ego in Republica. & paulo infra. Sub Tiberio & Caio, & Claudio, unius familiae quasi hereditas fuimus: loco libertatis erit, quod eligi cæpimus. Et finita Juliorum Claudio- rumque domo, optimum quemque adoptio inveniet; nisi quod aliquis suspicari possit, magna isthæc verba, per quæ, quod sibi per adoptionem quærebat, Reipublicæ respectu fieri unice, per electionem liberam, providam, civilem, videri volebat, prætextum continere, veram causam, in cura privatæ securitatis quærendam esse, dum avarus senex, odio militum & contemptu pressus, cui alias advertus ruinam nihil firmius occurrebat, ad adoptionem hanc confugerit, uti Bæclero quoque vi-*

*1. Hist. 15. 1. seqq.*

*c. 16. n. 2.*

*Comm. Plin. d. l. §. 22.*

D 2

lum

nam  
nem  
pri-  
suo-  
icæ,  
egia  
stitit,  
ento  
Tra-  
propria  
imor  
abat,  
erat,  
us es,  
civit  
nimo  
Nec  
An Se-  
is uni,  
tis he-  
totam  
, hunc  
imilli-  
omni-  
e con-  
datu-  
doptes  
optas-  
ra se-  
atiam  
r, ille  
ab



ad Tac. 1.  
Ann. 63.  
p. 91.  
1. Ann. 10.  
9.

Tib. c. 21.

sum est. Hinc obscurum sæpè, ad quam classem, & ad  
cujus generis arcana, adoptiones ejusmodi referri de-  
beant, quemadmodum super illa Augusti adoptione,  
in utramque sententiam, idem *alibi* disputavit; Nam  
& veteres diversas jam opiniones foverant, qui apud  
*Tacitum* vitam Augusti arguebant, etiam hinc ansam  
acceperunt, *ne Tiberium quidem charitate, aut Reip. causa*  
*successorem adscitum: sed quoniam adrogantiam seviti-  
amque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam*  
*quæsiuisse.* Ubi ex adverso, optimi judicii scriptor,  
*Suetonius*, à suspitione ista Augustum liberare cupit:  
*Adduci, tamen, inquit, nequeo, quin existimem, circumspe-*  
*ctissimum & prudentissimum Principem, in tanto præsertim*  
*negotio, nihil temere fecisse: sed vitis virtutibusque Tiberij*  
*perpensis, potiores duxisse virtutes, præsertim cum & Rei-*  
*publicæ causa adoptare se eum pro concione juraverit, & epi-*  
*stolis aliquot, ut peritissimum rei militaris atque unicum po-*  
*puli Romani præsidium, prosequatur;* qualium aliquas  
subjicit. quæ nobis omnino monitum ejus inculcant,  
ut & heic quemadmodum in omni studio civili, dili-  
genter distinguamus, interiora rerum consilia, & extero-  
ra consiliorum verba, & eventus utrorumque, sæpè ab utris-  
que diversos, sæpè respondentes alterutris, rarius utrisque.  
Sed profundior est hic locus, quam ut heic expediri pos-  
sit. Quare transeundum est.

III. *Quid*

III.

*Quid Principum nomine hic  
veniat. Exempla ad-  
optionum Principalium.  
Externa. domestica. an-  
tiqua. recentiora. ad-  
optiones Rerumpublica-  
rum. Principum Eccle-  
siasticorum.*

XXII. Quando Principum adoptiones hactenus appellavimus, quid *Principum* nomine intelligatur, paucis quoque significandum est: Est enim vocis istius varia acceptio, quas, cui volupe est, tum alibi, tum apud Juris publici scriptores, *Paurmeisterum, Limneum, Schüzium*, videre licet: nobis amplior illa heic usurpatur, ut superioris inferiorisque dignationis Principes, illinc quidem *Imperatores ac Reges*; hinc *Comites atque Barones*, comprehendat, eo cœterum proposito, quo potissimum tractationis usus ad Imperii Germanici statum pertinere debeat, ita tamen, ut argumento præsentis magis illustrando, Exterorum exempla conducere, nobis integrum esse, arbitremur. Quare si quis in similitudinem nominis, *Illustrium* adoptiones malit substituere, non habebit nos valde repugnantes: cum à *Rebuspublicis* quoque liberis, quæ Principum Jure gaudent, quandoque adoptiones tales fieri, specimina, qualia publicè extant, nos docent.

*de Jurisd.*  
11, 19.  
I.P. IV, 2.  
C.I.P. V. 1.  
D. 8. 4. 20  
6, 11.

XXIII. Cœterum non inutile puto fuerit, si exemplorum seriem, ex locis scriptorum propriis, confe-

*Quid*

& ad  
de-  
one,  
Nam  
pud  
lam  
ausa  
iam-  
iam  
otor,  
ipit:  
nspe-  
rtim  
iberij  
Rei-  
epi-  
m po-  
quas  
cant,  
dili-  
erio-  
utris-  
que.  
pos-



ramus, ex quibus *Principum adoptiones* condiscimus, vel tales, ut utrinque illustri dignationis personæ concurrant, vel saltem ex alterutra parte. Quæ in re, & exempla, *Externa & domestica; & antiqua, & recentiora*, nobis suppetunt.

XXIV. Incipiemus ab istis: & primo quidem, *Hebrais*: ubi jam de *Abrahamo*, quod Lotum fratris filium adoptaverit, legitur: quanquam enim pro *privato* homine Abrahamum æstimare voluerit *Grotius*, ea tamen in re non solum à *Commentatoribus, Osiandro & Zieglero*, confutatur, quod pro suæ gentis Principe ac Regulo iste haberi debeat, sed in eam, quoque sententiam præcipui Nostri Theologi pedibus eunt. De adoptione illa, ita *Fl. Josephus* tradit, ex *Sigismundi Gelenij* interpretatione: *Abrahamus verò Lotum Aranis fratris sui filium, Saræ conjugis suæ fratrem, adoptavit, quod Germano filio careret.* Nescio an ex *Sacro Codice* huc quoque referre debeam exemplum *Jacobi*, nepotes ex *Josepho, Ephraimum & Manassem*, in filiorum locum suscipientis. Verba ejus ad *Josephum* hæc sunt: *Duo Filij Tui, qui nati sunt Tibi in Terra Ægypti, antequam huc venirem ad Te, mei erunt: Ephraim & Manasse, sicut Ruben & Simeon, reputabuntur mihi. Reliquos autem, quos genueris post ipsos, Tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.* Sane *Commentatores* verba illa, *mei erunt*, ita accipiunt, *mei erunt per adoptionem, adoptabo eos, ut non nepotum, sed filiorum loco sim habiturus: heredes mihi erunt. sortem sortientur, sicut Ruben & Simeon. accipient in divisione terræ Canaan quisque partem suam, sicut filij mei.* Sed & quo modo *Thermuthis*, quæ unica erat *Pharaonis* hæres, & sine prole, licet diu nupta,

de I.B.P. I.  
4. l.

Sid. Gerh.  
loc. de M.  
P. n. 396.  
L. i. Antiq.  
Iud. c. 7.

Ge. XLIX.  
5. 6.

Sid. Pol.  
ad b. l.

conf. Ios.  
XIII. 7. XVI  
& XVII.



nupta, *Philone* teste, *Mosen*, quem parvulum è *Nilo* extraxerat, deinceps adoptaverit, in *Exodo* consignatum c. 17. n. 9. 10. est. Sic enim ad matrem ejus accersitam locuta, accipe puerum istum, & nutri mihi, ego dabo tibi mercedem tuam: suscepit mulier & nutritivum puerum, adultumque tradidit filiae *Pharaonis*. Quem illa adoptavit in locum filij vocavitq; nomen eius *Moses*, dicens; quia de aqua tuli eum. Eodem forte pertinere posset exemplum *Mardochei*, Esth. 11. 7. & 15. *Hadassam*, sive, ut altero nomine vocabatur, *Estherem*, consanguineam suam, post mortem utriusque parentis, sibi in filiam adoptantis: nisi constaret, tempore adoptionis, illum privatae sortis hominem, postea demum à Rege *Ahasvero* in Pro-Regis dignitatem, & Esth. 11X, 2. IX, 4. X, 3. proximum à se locum, evehctum esse.

XXV. Si ad *Græcos* transeamus, *Ægeum*, *Atheniensium* Regem, *Theseum*, quem ex *Æthra*, *Pitthei* filia, promiscuo concubitu natum, habebat, postquam in virilem ætatem adoleverat, *Athenis* adoptasse, ex *Plutarcho* in Thef. p. 2. edit. Wechel. novimus: nam apud *Græcos*, etiam nothos, ab eis, qui genuerant, in legitimos filios adoptari potuisse, ex *Lege Pericli*, & narratione *Suidæ*, observavit *Sam. Petrus*. de ad LL. Attic. p. 141. *Micipsa*, *Numidarum* Rege, quomodo *Jugurtham*, fratris sui *Manastabalis* filium, postquam in bello cum *Numantinis* gesto, res magnas feliciter & fortiter gessisset, adoptaverit, & testamento pariter cum filiis, *Atherbale* & *Hiempfale*, heredem instituerit, præter *Sallustium*, *Florus* in Bell. Jugurth. l. 3. c. 1. n. 3. annotavit. Nam quæ de filio *Creusæ*, *Erechthei* Regis *Atheniensium* filia, à *Xipheo* Comite; de *Osiri*, à *Dionysio*, *Hammonis* Regis *Lybiæ*, filio, adoptatis, *Berosus*, aliique scriptores fabulantur, adducere nolumus; cum quæ ex certa indubitataque historiarum fide super-

superfunt, satis & antiquitatem & amplitudinem nostri instituti testentur.

XXVI. Maximè verò apud Romanos Principes vel Imperatores, larga horum exemplorum seges est, quæ per secula enarrabimus. De adoptione Julij Cæsaris, qua Cajum Octavum, sororis suæ Juliae, ex Atia, filia, nepotem, testamento in nomen suum, familiamque suscepit, jam supra præcipuum Suetonij locum adduximus: suppleri ea res debet tum ex aliis apud Suetonium eundem, tum ex Dione Cassio, Appiano, Cicerone, Vellejo, Eutropio; Unde constat, quomodo Apollonia, ubi studiis vacaverat Octavius, Romam rediens, adoptionem se accipere, apud Prætorem urbanum professus sit, hæreditatem adierit, nomen Cæsaris assumserit, necemque avunculi magni vindicare constituerit. Mox ipse Octavius Augustus, suos è filia Julia nepotes, Cajum & Lucium; hisque amissis, Agrippam ac Tiberium adoptavit, testis est Suetonius in vita Ejus: Cajum & Lucium adoptavit domi per assem & libram emtos à patre Agrippa. & mox: Cajum & Lucium in duo de-viginti mensium spatio amisit ambos: Cajo in Lycia; Lucio Massiliæ, defunctis. Tertium nepotem Agrippam, simulq; privignum, Tiberium adoptavit in foro, lege curiata. & Tiberium quidem ita, ut fuerit coætus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare, ut idem alibi notavit. quid sibi velit illa formula, adoptavit domi, Critici non conveniunt, sunt qui putant, idem esse, ac in domum, sicut dici solet adoptare in domum & familiam. Sed nobis Jctorum placet expositio, quo domi, hoc est, apud se, eam adoptionem fecisse Augustum, autumant, quod ipse esset supremus magistratus, nec nisi libere ita vellet, adito Prætore opus haberet.

Teti.

0. 15.  
Aug. VII, 4.  
II, 6.  
l. 45, Hist.  
l. 3. Bell.  
Cic.  
l. 14. ad  
Att. ep. 12.  
Hist. II, 59.  
seqq.  
VII, 1.

Aug. c. 64.  
c. 65.

in Tib. c. 15.  
add. Calig.  
c. 1.  
Casaub. in  
Comment.  
& Bacho.  
ad S. 1. j. de  
adopt.

92.

Tetigit adoptionem hanc verbo *Tacitus*, prolixius vero *Dio*, & cum solita adulatione, mancipium *Tiberianum*, *Vellejus Paterculus*, explicarunt.

1. Ann. 3, 5.  
L. 55.  
L. 2. c. 103.  
seqq.

XXVII. Licebit in cœteris Imperatoribus, qui proximè secuti sunt, vel ex solo *Suetonio* ejusmodi adoptionum exempla plura referre. Nam de successore *Tiberii*, *Cajo Casare Caligula*, ait: quod fratrem *Tiberium* die virilis *Togæ* adoptaverit appellaveritque Principem juvenutis. De *T. Claudio* vero, quod idem fecerit genero & privigno suo, *Neroni*, idque anno atatis undecimo, ut cum adoptionis istius postea penituerit, apud eundem relatum est, quibus artibus, cujus instinctu, & qua solennitate tota ista res fuerit peracta, præter *Dionem*, elegantè *Tacitus* annotavit. Post hos *Servius Sulpitius Galba*, qui extincta Cæsarum domo ad Imperium pervenerat, sicut ipse, à *Noverca* sua adoptatus, *Livij* nomen & *Ocella* cognomen assumpsit, mutato prænomine, atq; etiam *Lucium* mox pro *Servio* usque ad tempus Imperij usurpavit; ita postquam amissa uxore, *Lepida*, duobusque ex ea filiis, remanserat in cœlibatu, neq; sollicitari ulla conditione amplius poterat, deinceps tamen de spectui esse non tam senectam suam, quam orbitatem, fuerat ratus, *Pisonem Frugi Licinianum*, nobilem egregiumque juvenem, ac sibi olim probatissimum, testamentoque semper, id est, quoties, ex more illorum temporum, pro oblata occasione, testamenti tabulas reficeret, in bona & nomen adscitum, repente è media salutantium turba apprehendit: filiumque appellans, perduxit in castra, ac pro Concione adoptavit. Ita concise *Suetonius* adoptionem, & adoptionis promulgationem conjunxit: sed omnem actus istius pompam, & magis distinctè, quemadmodum *Galba* istum

in *Calig.*  
c. 15.  
*Suet. in*  
*Claud.* c. 27  
*Neron.* c. 7.  
*Claud.* c. 43  
L. 60. p.  
686.  
XII. Ann.  
25.  
*Suet. Galb.*  
c. 4.  
*Suet. Galb.*  
c. 17.

E adopta-

ostri  
s vel  
quæ  
Caris,  
ne-  
e sus-  
luxi-  
nium  
o, Eu-  
udiis  
se ac-  
edita-  
avun-  
avius  
; his-  
tis est  
domi  
Cajum  
mbos:  
nepo-  
vit in  
it coa-  
re, ut  
dopta-  
idem  
& fa-  
uo do-  
Augu-  
tratus,  
beret.  
Teti-



1. Hist. XV.  
seqq.

p. 533. seqq.

*Politica Bæcleriana*, omnino conjungenda est.

L. 68. p.  
770.  
ed. Leuncl.

*Panegy.*  
c. 5. seqq.

adoptaverit in palatio; adoptatum, militibus, in castris; in Curia, Senatui; commendaverit, *Tacitus* memoravit, ubi in ipsa adoptione, adoptantis eximia Oratio; adoptati præclara responsio, & in toto opere modesta vultus habitusque gravitas; cæterorum denique, qui adoptioni adfuerunt, inter diversos animi motus, paria studia ac gratulationes, per subsequenda quædam capita, consignantur, prolixior enim est locus, quam ut huc transcribi possit; cui aliàs illustrando, *Annotatio*

XXIIX. Cæterum rebellione trium Principum, ac cæde Galbæ, Ottonis, ac Vitellii, jactatum Imperium confirmasse videbatur Gens Flavia, ut sanguinis vinculo conjunctos successores deinceps haberet, mox tamen *Nerva*, cum jam senio premeretur, & mors instaret, *Trajanum* Principem in filium iterum adoptavit, cujus regimen in secundi post Christum natum seculi initia incidit. Expressit rem ita *Dio Cassius*, vel, si mavis *Xiphilinus*, ex *Guilielmi Xylandri* interpretatione: *Nerva*, qui propter senectutem minimè honorabatur, sed contemptus erat, in capitolium conscendit, ibique magna voce; Quod felix faustumque sit, inquit, Senatui, Populoque Romano, mihi que ipsi, *Marcum Ulpium Nervam Trajanum* adopto, eundemque postea in Senatu Cæsarem designavit. Sed profundiori hujus Consilii explicatione, & facundia incomparabili, prolixius, totum adoptionis negotium, percoluit, proprius & præcipuus scriptor, *Plinius Secundus*, ubi ad maximam hujus instituti commendationem pertinet, quod non hominum tantum judicium, sed Deorum etiam in consilium assumptum, gloriatur: itaque, inquit, non tua in cubiculo, sed in templo, nec ante genitalem torum, sed ante pulvinar Dei Jovis  
Optimè

Optimi Maximi, adoptio peracta est: quâ tandem non servi-  
tus nostra, sed libertas, & salus, & securitas fundabatur.  
In quam sententiam plura subjiciuntur. Sed quid de  
Trajano, an & is Hadrianum, & quidem per literas, tum ab-  
sentem, adoptavit? videtur favere *Ælius Spartianus*, *Hadr. c. 4.*  
quando ipsum in adoptionis sponsionem venisse, & mox,  
quinto Iduum Augusti die, Legatum Syriae, literas adoptio-  
nis accepisse, refert: nisi quod in dubitationem desinat,  
cum non defuerint, qui factione Plotinae, quæ amore ipsius  
capta erat, mortuô jam Trajano, Hadrianum in adoptionem  
adscitum esse, prodiderint; supposito, qui pro Trajano fessa  
voce loqueretur. Id quod pro certo affirmavit *Dio*  
*Cassius*, noni & sexagesimi libri initio, suæque assertionis  
fundamenta, ferè irrefragabilia, ex Aproniani, Patris  
sui, qui tum Ciliciæ præfuerat, relationibus, cui fraus  
ista, ex literis Plotinae ad Senatum, erat cognita, repetiit.  
Ipse vero *Hadrianus* sæpius adoptione usus est. Pri-  
mum adoptavit *Cejonium Commodum Verum*, eumque  
*Ælium Verum Cæsarem* appellavit, notante *Spartiano*, *Hadr. c. 22.*  
qui alibi quoque modum adoptionis, quod non testamen- *Ael. Ver.*  
to, ut antea solebat, neque eo modo, quo Trajanus est adopta- *c. 2.*  
tus: sed eo propè genere, quo suis temporibus à Diocletia-  
no Maximianus atq; Constantius Cæsares dicti; hoc est, sola  
Cæsaris appellatione, facta sit, exponit, & mox solenni-  
tates, ac pecuniam propterea impensam, subjungit, da- *c. 3.*  
tum esse populo Congiarium causa ejus adoptionis; collatumq;  
militibus HS. ter millies; Circensē s editos: neque quicquam  
prætermissum, quod posset latitiam publicam frequentare.  
Hoc mortuo, adoptavit *Antoninum Pium*, generum  
suum, ea lege, ut quemadmodum ab Hadriano adoptabatur,  
ita sibi ille adoptaret *Marcum Antoninum*, fratris uxoris suæ  
filium,

n ca-  
me-  
Ora-  
mo-  
que,  
otus,  
edam  
m ut  
otatio  
  
m, ac  
rium  
ncu-  
amen  
taret,  
cujus  
initia  
is Xi-  
Ner-  
d con-  
na vo-  
populo-  
m Tra-  
em de-  
catio-  
n ado-  
is scri-  
stituti  
m tan-  
nptum,  
in tem-  
er Jovis  
Optimi



*Had. c. 24.*  
*Æl. Ver. c. 6.*  
*Ant. P. c. 4.*  
*M. Anton. Philos. c. 5.*

filium, & Lucium Verum, Ælij Veri, qui ab Hadriano adoptatus fuerat, filium, qui postea Verus Antoninus est dictus, uti præter *Spartanum* annotatum reliquit *Julius Capitolinus*, nisi quod alibi istas ab Hadriano factæ adoptionis conditiones ita exprimat, ut sibi *Marcum Antoninum*, *Pius*; *Marcus*, sibi *Lucium Commodum* adoptaret.

**XXIX.** Quanquam vero in sequentibus seculis, tam frequentes, ut in prioribus illis, non fuerint Imperatorum adoptiones, aliqua tamen subinde specimina videre licet. Ex seculo tertio habemus *Heliogabalum*, qui *Conobrinum* suum *Alexandrum*, *Severum*, & *Mammææ* filium, dictum, adoptavit, quanquam deinceps ipsum hujus adoptionis poenituerit, utque Cæsaris nomen eidem abrogaretur, ad *Senatum*, licet frustra, mandaverit, sicut præter *Dionem* & *Lampridium*, rem omnem *Herodianus* consignavit. Sed & *Aurelianus*, post Imperator, ab *Ulpio Crinito*, qui se de *Trajani* genere referebat, quemque *Valerianus* Cæsaris loco habere instituerat, arrogatus est; totum arrogationis actum descripsit *Flavius Vopiscus*, quomodo cum consedisset *Valerianus Augustus*, in thermis apud *Byzantium*, præsentem exercitu, præsentem etiam *Officio Palatino*, assidentibus *Consule*, *Præfectis* ac *Præsidibus*, quorum nomina appellantur, ea fuerit peracta, oratione eleganti: *Apud Majores nostros, Valeriane Auguste, quod & familia mea amicum & proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum locum fortissimi Viri semper electi sunt, ut vel senescentes familias, vel fructus matrimonij jam caducos, substituta fecunditas prolis ornaret. Hoc igitur, quod Coccejus Nerva in Trajano adoptando, quod Ulpius Trajanus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino, & ceteri deinceps proposita* sugge-

L. 79. p.

914.

Heliog. c.

13.

L. 5. c. 7.

Aurelian.

s. 10. 13. &

14.

*suggestione fecerunt, jam in arrogando Aureliano, quem mihi Vicarium judicij Tui gravitate fecisti, censui esse referendum. Jube igitur, ut lege agatur, sitque Aurelianus heres sacrorum, nominis & bonorum, totiusq; Juris, Ulpio Crinito, jam Consulari Viro, ipse actutum Te judice, Consularis: additur deinde, actas esse Crinito à Valeriano gratias, & adoptionem, ut solebat, impletam. Quod de Diocletiano ex Spartiano, supra dictum est, eo pertinet, adoptavere Diocletianus Galerium Maximianum, juniorem: Maximianus Constantium, cognomine Chlorum, Cæsaresque fecerunt, & præter adoptionem affinitate janxerunt: nam coacti repudiare primas uxores, novas duxerunt, ille, Valeriam, Diocletiani filiam; hic, Theodoram, privignam Maximiani. Sed jam tum ad externos quoque Principes has adoptiones fuisse extensas, exemplo Zenonis Isaurici Imperatoris, seculi quinti decursu, Theodoricum, Regem Gothorum factum, ad ampliandum honorem ejus, in arma sibi filium adoptantis, ex Jornande discimus.*

*de reb. Got.  
c. 57.  
in Vit. Ju-  
stinian.  
in Chron.*

XXX. Circa seculi texti principia, Justinus Imperator suum ex sorore Bigleniza, ut Theophilus, vel Vigilantia, ut Victor Tununenensis, eam nominat, nepotem, Justinianum, adoptavit, quæ ratio est, cur Justinianus sæpè in Constitutionibus suis Justinum, qui alias avunculus erat, patrem suum, appellaverit. Idem postea legimus de Justino Secundo, quod Tiberium Comitem excubitorum, sibi filium faciens, Cæsarem appellaverit, apud Auctorem *Historia Miscella*. Paria scriptores referunt de Tiberio, Mauritium generum suum, è Constantina filia: de Leone I. Imperatore, Ardaburium, Asparis filium: de Michaëlis Paphlagonis Imp. uxore, Zoë, Michaelem Calaphatem, eâ conditione, ut matris ac domina loco,

*L. 16. c. 33.  
34.*



illam semper haberet, adoptantibus. Et sollicitius inquirentem, forte nec alia, in Imperatoribus Orientis, exempla destituerent.

XXXI. Quemadmodum vero, qui vel vicinitate, vel consuetudine aliqua Romanis conjungebantur, Germani nostri, illorum instituta subinde imitabantur, ita circa Principum adoptiones quoque factum esse, haud difficulter fortassis posset demonstrari. De *Theodorico Gothorum Rege*, jam supra memoravimus, eoque heic non repetimus. Apud *Francos*, sub prima stirpe Regia, exemplum habemus *Guntranni*, Aurelianensium Regis, quem, quia liberis carebat, in spem successionis, *Childebertum*, amissopatre, bona regni parte à *Chilperico spoliatum*, adoptasse constat: & quanquam mox inter eos, *Theodorici Massiliensis Episcopi causa*, gravi dissensione orta, *Guntrannus* adoptionem revocaverit, sub finem tamen Imperii tandem *Childeberto iterum conciliatus*, quem triginta regnasset annis, moriens eum scripsit heredem, ut à *Ritio*, annotatum est. Sed & seculi septimi medio *Sigebertus* Dagoberti I. filius, Austrasianorum Rex, & *Clodovei* II. frater, cum nullos procreasset liberos, à Magistro equitum Austrasianorum, *Grimoaldo*, adductus fuit, ut *Ildebertum* ejus filium adoptaret. Coeterum legibus & adoptione patrem factum, mox natura filio donavit. Dagoberus procreatur. Mortuo *Sigeberto* Rege Austrasiæ, anno regni sui undecimo, *Grimoaldus* *Ildebertum* Regem salutatur, ejusque causam non adoptionis modo Jure, sed armis etiam tuctur, *Dagobertum*que attonsum ad amicos in *Scotiam* ablegat. Quanquam successu minus felici: nam *Ercenbaldus* Magister equitum Francorum, prælio *Ildebertum*

de Regib.  
Franc.  
L. 1. p. 17.



bertum occidit, Grimoaldum captum Lutetiam ad supplicium misit, *Paulo Æmilio* memorante.

*L. 1. Hist. Franc. p. 33.*

XXXII. Ubi propiori transitione ad eos, qui specialiori *Germanorum* Principum appellatione veniunt, digredimur, ex Seculo decimo, illustre exemplum habemus, *Hermannii Suevia Ducis*. quomodo cum *Ottone I.* Imperatore de *Liuthulfo* filio, sub conditione nuptiarum, adoptando, convenerit, explicabimus verbis *Liuthprandi*, scriptoris æqualis: *factum est, ut post mortem Everhardi atque Giliberti, nec non Henrici fratris Regis inclusionem, concurrentibus undiq; ad Regem congratulationis causa proceribus, veniret etiam Vir ditissimus, Suevorum Dux, Hermannus, qui post congratulationis satietatem, talibus est Regem aggressus sermonibus. Non clam Domino meo est, tum prædiorum latitudine, tum pecuniarum immensitate prædivitem me absq; liberis esse, nec est præter unam parvulam natam, cui *Ide* nomen alii tribuunt, quæ mearum rerum me, redeunte heres existat. Placeat itaq; Domino meo, Regi, filium suum parvulum *Liuthulphum* mihi adoptare filium, quatenus unica filia mea maritali commercio sociatus, me migrante, mearum fiat hereditate rerum magnificus. Hoc itaque quia placuit Regi consilium, quod poposcerat, sine dilatione complevit. Iisdem ferè verbis rem istam recensuit *Abbas Urspergensis*.*

*L. 5, c. 1.*

*Chron. in Otton. I.*

XXXIII. Cum seculum duodecimum adoleverat, in Illustrissima *Ortenburgiorum* Comitum familia, simile specimen deprehendimus: nam *Henricum*, *Engelberti II.* Comitis *Lavantii & Ortenburgici*, *Marchionis*que *Istriae*, filium, ex *Hedvige*, *Henrici III.* Comitis *ab Epstein*, *Ducisque Carinthiae*, filia, prognatum, ab avo materno adoptatum, primum è familia *Ortenburgica*,  
Ducem

*circa A. 1147.*

*Ducem Carinthia*, ac vi hujus adoptionis, in Ducatu successorem, extitisse, præter *Aventinum*, *D. Spenerus*, & *Rittershusius*, aliique scriptores, novissimeque *Autor Notitiæ Procerum S.R.I. Historico-Heraldico-Generalogicæ*, tradiderunt. Equidem taxat hoc nomine *Aventinum Hieronymus Megiserus*, quod de *Henrico* isthæc scribat, cum potius, ex sua, quam certiore putat, sententia, de *Engelberto III.* dicenda sint. Sed, utut *Megiseri* auctoritas in rebus *Carinthiacis* non sit exigua, superfluum tamen heic illius censuram, eoque nihil mutandum esse, censeo, maximè postquam *Spenerus*, Vir summus, qui seriem hujus familiæ præ cæteris diligenter executus est, ex subsidiis, omni exceptione majoribus, Tabula nimirum, quam Illustrissimus Comes *Christianus*, de hac gente sua, *Monachii* in æs incidi curavit, item historia *M.S.C.* à *M. Gallo* adornata, aliisque documentis, publico nomine, in hunc finem, sibi communicatis, rem omnem pari ratione deduxit. Ex quo & illud apparet, meliorem esse *Generalogiam*, prout eam *Rittershusius* consignavit, quam illam, quæ à *Megifero* contexta, *Annalibusque* suis inserta est, manifestè enim confundit *Henricum* nostrum, *Engelberti II.* filium, quem planè omittit, cum *Henrico* illo, qui in mari *Jonio* naufragio periit, quique *Engelberti III.* non filius, ut ipse putat, sed nepos, ex *Engelberto IV.* fuit. Alias facili, nisi fallor, negotio, dissidium isthoc poterit componi, cum constet, *Henricum*, ab avo quidem materno adoptatum fuisse, sed quoniam sine prole obierat, *Engelbertum III.* fratrem, eidem in Ducatu *Carinthiæ*, ex confirmatione *Conradi III.* Imperatoris, cui valdè erat amatus, successisse, in cujus posteris hæc familia deinceps

Oper. Herald. part. Spec. l. 3. e. 48. s. 5. Op. Geneal. p. 75. L. VI. c. 12. s. 3. Annal. Carinth. L. 7. e. 529

L. 7. c. 46. fin.

ceps propagata est. Nescio an huc etiam referre de-  
 beamus, quæ in eadem alias tempora incideret, adoptio-  
 nem *Henrici Junioris*, Ducis Saxoniae, à *Conrado, Suevia* circa A. 1191.  
*Duce*, *Friderici Barbarossæ* fratre, & per matrimonium,  
 Comite Palatino Rheni, factam, postquam Ille filiam  
 hujus, *Agneten*, uxorem duxerat: ita enim rem gestam  
 descripsit *Guilielmus Neubricensis*, ac si, cum ab initio L. 4. Rer.  
 ignorante *Conrado*, filia, quam pro Rege Francorum Angl. c. 30.  
*Henricus VI.* in matrimonium ante petierat, *Henrico*  
*Leonis F.* nupsisset, eoque à patruo suo, Imperator, qui  
 ad exemplum patris, *Leonis* domum oderat, harum  
 nuptiarum dissolutionem petiisset, *socer* restiterit, quod  
 eousque res processerit ut absque sempiterno filiae suæ dedecore  
 rescindi non possit, additque, reversus autem idem (*Dux*  
*Sueviæ*) ad propria, genero blande locutus est, adoptansque  
 eum, (*Henricum Ducem*) filiam egregiè dotavit. Alii  
 tamen & nominatim *Arnoldus Lubecensis*, ubi id refe- Slav. L. 4.  
 runt, adoptionis non meminerunt. c. 20.

XXXIV. Solenniori ex adversum apparatu con-  
 stat de *Erici*, *Pomeraniæ Ducis*, à *Margaritha*, matertera  
 magna, ad successionem trium regnorum, facta adop- A. 1396.  
 tione, quam nonnulli in seculi decimi quarti finem, A. 1411.  
 alii, in decimi quinti initia, constituunt; ita *Chytraeus*: Vel 1412.  
*Margaritha*, annos triginta septem post patris *Waldemari* L. 4. Saxon.  
*mortem*, sapienter & feliciter *Daniam*, cum *Senatu regni*, p. III. &  
*gubernavit*, & *Norvegiam*, succedens filio *Olao*; *Sueciam*, 115.  
*capto Rege illius Alberto*, *Coronæ Daniæ* conjunxit. Postea  
*consensu Procerum*, qui ex sanguine *Regum Daniæ antiquo-*  
*rum* successorem expetebant, *sororis suæ Ingelburgis*, *Henri-*  
*co Duci Megapolitano nuptæ*, ex filia *Maria nepotem, Ericum*,  
*patre Wartislao VII. Pomeraniæ Duce*, *Bogislai V. filio*,

F Wartislai

*Wartislai IV. ad quem Rugia Principatus primum pervenit, nepote, prognatum, adoptavit. Qui Margaritha defuncta successit. Addi debet Cranzius, qui iisdem ferè verbis retulit. In eadem tempora incidit adoptio Ludovici, Comitis Ciliae, celebrata à Friderico III. ac ultimo Comite Ortenburgico, familiae quidem antiquioris illius, cujus jam supra meminimus, & quæ à Friderico Comite Spanhemio & Ortenburgico, inde ab anno 1020. stirpem deduxit. Postquam enim Fridericus iste prole caruit, atque ita in se gentem deficere vidit, ex sororis suæ Catharinæ, quæ Ulrico, Comiti Ciliae, Ludovici nostri, per Hermannum II. patrem, avo, nupta erat, descendentibus, hunc Ludovicum, pronepotem suum, adoptavit, atque ita amplissimarum ditionum hæredem fecit, rem omnem Diplomate suo confirmante Sigismundo Imperatore, cujus exemplum in Chronico Ciliensi legitur. Factum id esse anno 1420. Lazius memoravit, sed Diploma Cæsareum signavit annum 1436. quanquam adoptatus non diu ista hæreditate est gavissus, ἀπαις enim mortuus, successionem in fratres, Hermannum III. atque hoc obeunte, Fridericum transmisit, qui à Sigismundo Imperatore, cui soror Friderici, Barbara, nupta erat, ad dignitatem Principis Imperii evectus est, Archiducibus Austriae, Ernesto atque Friderico, in quorum Principatibus, Stiria ac Carinthia, ditiones istæ sitæ fuerunt, novæ non minus dignitati, quam successioni ex adoptione quæ sitæ, valde repugnantibus, donec dissidia ista in bellum erumpebant, uti prolixius ista omnia descripsit Megiserus.*

*XXXV. Ex familia Electorali Palatina huc pertinet arrogatio Friderici Victoriosi, quem frater Ludovicus III. Elector,*

L. 8. Dan.

c. 1.

L. 5. Suec.

c. 35.

L. 6. Nor-

veg. c. 9.

c. 9.

de Migr.

Gent. L. 6.

p. 185.

L. 9. Ann.

Carinth.

c. 54. &

L. 10. c. 2.

Electoꝛ, moriturus, filii sui *Philippi Ingenui*, nondum primum ætatis annum habentis, Tutorem constituerat, is verò pupillum certis conditionibus, arrogavit. Ap-  
ponemus testimonium *Aeneæ Sylvij*, scriptoris coætane<sup>Europ. c. 401</sup>  
nei: *Mortuo Ludovico Palatino, qui relictam Ludovici Regis Cypriæ uxorem, Magaretham, duxerat, filium ex ea natum, infantem adhuc, Fridericus, frater ejus, consentientibus terræ optimatibus, adoptavit: gubernatorem provincie, tanquam dominus, Electorem Imperij se dixit: Cælibatum perpetuum promisit, ne arrogato filio uxorem ducens præjudicium faceret. Rogatus Nicolaus Pontifex V. id genus adoptionis confirmavit, recusavit Fridericus Imperator, sæpè multumq; requisitus. Plures circumstantias expressit Daniel Paræus, cujus verba hæc sunt: Post obitum* <sup>Hist. Pal. p. 226. seqq.</sup>  
*fratris Ludovici Mansueti, Fridericus, Philippi Nepotis, infantis, Tutelam suscepit, anno 1449. ætatis 24. Ratus autem, quod res est, stirpis gloriam per se ad Principatum laudabilem haud sufficere, nisi propria quoq; suffragetur virtus: Virtutis ille viam ab ineunte ingressus ætate, ad summa quæque contendit, & pensitatis inimicorum viribus, hoc egit unicè, ne juxta tenorem Aureæ Bullæ, susceptam Electoratus administrationem deponere cogeretur, finito legibus præscripto annorum curriculo. Invenit igitur remedium, quo simul provincie & sibi consuleretur. Anno enim 1454. Philippum, Electoratus heredem, solenniter in filium adoptavit, & unicum utriusque Principatus heredem dixit, seipsum exinde Electorem Imperij scripsit; cælibatum tamen perpetuum promisit, ne arrogato filio Philippo præjudicium faceret, Reclamavit Caesar Fridericus III. Aureæ Bullæ fraudem sic fieri, non ferendam hanc calliditatem, exemplo perniciosam, & ad subvertendum Jus regni excogitatam. Verum Fridericus*



*Palatinus Nicolai Pontificis autoritate subnixus, id genus adoptionis confirmans, matris insuper Margaretha Subaudæ consensu, & ex pacto convento cum omnibus Proceribus Palatinis, usque ad extremum vitæ spiritum Elector Palatinus permansit, & à reliquis Imperij Septemviris, uti Elector salutatus, in collegium eorum, susceptus est: ejusdem etiam legati, uti Electorales, ad Comitata Imperij, & actus collegij Electoralis admissi fuerunt. Quin etiam uti Elector Palatinus annis 1463. & 1468. Vicarius Imperij fuisse perhibetur.*

*AR. publ.*  
*Z. v. L. 2.*  
*c. 15.*  
*de 10. Jun.*  
*1477.*

XXXVI. Cæterum in hanc quoque classem referri debet, si vera est, quam *Londorpius* adstruit, *Friderici III.* Imperatoris adoptio, qua *Vladislaum*, Regem Bohemix, in filium suscepit, quanquam enim in *litteris investiturae*, super regni & Electoratus Bohemix collatione adornatis, aliquoties *filium suum* appellaverit, de adoptivo tamen an præcisè intelligi debeat, cum æqualium scriptorum testimonio mihi, utut paulo diligentius inquirenti, nondum satis constet, sententiam meam suspendere cogor. Id magis certum est, sub seculi superioris exitum, ex Comitibus Ortenburgicis, qui de Bavarico Ramo, *Rapatone* seu *Ratboldo*, *Ulrici Ducis Carinthix* fratris, & *Elisabetha Sulzbacense*, Comite, uxore ejus, satoribus, exorto, proveniunt, *Joachimum*, postquam filium *Antonium*, nepotemque *Fridericum posthumum*, turbato mortalitatis ordine, extulisset, *Fridericum Casimirum*, filium *Henrici Comitis Ortenburgici*, agnatum suum adoptasse, qui tamen anno 1658. sine liberis decedens, lineam clausit, de quo præter

*L. 6. c. 12.*  
*§ 6.*  
*Oper. He-*  
*vald. d. l.*  
*§. 7. 16. 17.*

*Autorem Notitiæ Procerum*, omnino videndus est *D. Spenerus*, ubi in sequentibus differentiam quoque inter *Comites Ortenburgicos Carinthiacos*, quorum ditio

ac

ac titulus ad Cilienses Comites, his vero extinctis, ad domum Austriacam pervenit, & ab hac, Ferdinandi I. *A. 1524* beneficio, Gabrieli de Salamanca, Hispano, feudi titulo concessa est; & inter Bavaricos hosce Ortenburgicos nostros, prolixè explicavit, hi enim, testantibus *actis* propterea ventilatis, & *sententia Camera Imperialis*, *con-* *d. 24. Mart* *A. 1574.* tra domum Bavaricam obtentâ, Status Imperii sunt, & titulo, *desz ältern Geschlechts Grafen zu Ortenburg/* Recessibus Comitiorum sæpius subscripserunt, uti exempla quoque notavit *Limneus*, quibus addi potest, novissima superioribus Comitibus *A. 1654.* à Friderico Casimiro facta subscriptio. *T. 1. Add.* *L. 4. c. 4.* *p. 410.*

XXXVII. Pervenimus ad nostri seculi tempora, sed nec heic exemplis destituimur, siquidem novimus, *Matthiam Imperatorem*, cum se prole destitutum cerne- ret, consentientibus Archi-Ducibus, Maximiliano & Alberto, juri que suo, quod ex prærogativa gradus alias sibi competiisset, renunciatis, atque ita annuente tota Austriaca domo, Filium adoptasse *Ferdinandum*, *d. 6. Jun.* *1617.* Archi-Ducem, patruelem suum, quem etiam Regni Bohemiæ, & postea Hungariæ successorem designavit, prout non solum ex *monumentis* publicis apud *Lundor-* *pium* docemur, sed & à *Brachelio*, *Alexandro Patricio*, *Gramondo*, aliisque scriptoribus, annotatum est. In re- centissima autem viget memoria *Friderici Casimiri*, *Comitis Hanoviensis*, circa exordium superioris anni, instituta arrogatio, qua *Philippum Reinhardum*, ex fratre nepotem, in filium sibi solenniter assumere instituit, ut *ulterioribus* propterea verbis non sit opus. *T. 1. Act.* *Publ. L. 2.* *c. 5. 6. 7.* *Histor. L. 1.* *p. 5.* *Mart. Gall.* *L. 2. c. 6.* *Hist. Gall.* *L. 4. p. 241.*

XXXIIX. Possent fortassis isthæc, quæ ex historia patria consignavimus, exempla, confirmando nostro

argumento sufficere; licebit tamen pro majori illustratione ex aliis regnis aliqua breviter allegare. De Aurelio, Gothorum in Hispania Rege, quomodo fratris sui Froilæ, quem regnandi gratia impiè occiderat, filium, Veremundum, quasi pro satisfactione fratricidii, & ad diluendam invidiam, eo facinore contractam, in spem successioneis adoptaverit, præter Rodericum Santium, & Franciscum Tarapham, Michael Kitius, tradidit, unde Mariana, qui in nominibus fallus est, relatio, emendari debet. Si in Italiam contendamus, extat Guidi Ubaldi, Urbini Ducis, Federici Feretrii Ducis, & Baptistæ Sfortiæ filii, adoptio: is enim, postquam seu corporis & naturæ vitio, seu, quod vulgo creditum est, artibus magicis, ab Octaviano patruo, propter regnicupiditatem, emasculatus, nullos ex uxore, Elisabetha Gonzagia, filios habere poterat, Franciscum Mariam, è sorore nepotem, à Johanne, Præfecto urbis, Julij Pontificis fratre, progenitum, adoptavit; eam adoptionem Julius, de sententia collegij, magno studio comprobavit. Successitq; deinde patri adoptivo mortuo, filius, scriptore Petro Bembo. Ex Gallia, exemplum de Gallicæ Equestris militiæ Magistro, Arturo, qui, cum Ducis Britannicæ minoris frater esset, nullosque liberos haberet, donaverit, per adoptionis titulum, Petro juniore Ducis fratris filio, amplissimas ditiones, tam Armoricæ Provincicæ, seu Britannicæ, quam & Pictonicæ, ita tamen ut rati habitione primogeniti filiorum ducis opus fuerit, refert Chopinus, & ex eo Antonius Mornacius. Cæterum ex recentissima Historia, prætereunda non est Julij Cardinalis Mazzarini adoptio, quâ Armandum Carolum, Portanum, Caroli, Portani, Ducis Meillieracensis filium, desponsata eidem nepte sua, Hortensia Manciniana, testamen-

*Hist. Hisp.*  
*p. 3. c. 4.*  
*de Regib.*  
*Hisp. ad*  
*A. 771.*  
*de Regib.*  
*Hisp. L. 1.*  
*de reb. Hisp.*  
*L. 7. c. 6.*

*de Guid.*  
*Ubal. &*  
*Elisab. urb.*  
*Duc. p. 559.*  
*628. 635.*  
*Hist. Venet.*  
*l. 7. p. 262.*

*ad Conf.*  
*Andens.*  
*L. 3. c. 3. t. 2.*  
*n. 13.*  
*ad t. ff. de*  
*adopt.*  
*28. Febr.*  
*1661.*



stamento in filium adoptavit, quam *Benjaminus Priolus*,  
 descripsit; *Portanum*, *Meillieriaci filium unicum*, in san-  
 guinis jura adoptione promovit, revocato obsoleto more, de-  
 sponsata illi nepte, imponens nomen & sua insignia Viro, non  
 infra justorum liberorum caritatem ob merita accepto. id  
 quod Rex Christianissimus, diplomate suo, ad acta Par-  
 lamenti Parisiensis relato, deinceps confirmavit. Cui  
 nescio an addere debeam, in compensationem Juris sui, in  
 Lotharingicum & Barrensem Ducatum, Ludovico Regi Gal-  
 liarum, cessi, Carolum Lotharingia Ducem, in regiam sobo-  
 lem, post Augustam Borboniorum stirpem, adoptatum, & Lo-  
 tharingia Principes in sanguinis regij Jura promotos esse,  
 saltim formulis hisce negotium istud expressit idem  
*Priolus*; De Anna, Comitissa Palatina, ex Eduardo Co-  
 mite Palatino, & Anna Gonzagia, nata, quæ deinde  
 Henrico Julio Bourbonio, Duci Anguino, nupsit, eam  
 à Rege Polonia Casimiro, adoptatam, adoptée pour fille  
 unique de Pologne, autor Status Francie memoravit.

de reb. G.  
L. III c. 11.

S. Aug.  
1661.

A. 1662.  
m. febr.

de reb.  
Gall. L. 12.  
c. 2.

L'Etat de  
la France  
Livr. 1.  
part. 1.  
chap. 2.

de Rep. L. 1.  
c. 4.

XXXIX. Inter Principes foeminas quoque fuisse  
 usitatas adoptiones tales, exemplo *Margarethæ Reginae*,  
*Ericum Pomeraniæ Ducem*, adoptantis, jam constat,  
 aliaque specimina plura supersunt. Ex Gallia referri huc  
 potest, exemplum Uxoris *Caroli VI. Regis Francorum*,  
 quæ filium *Carolum VII.* rerum gestarum gloria Cla-  
 rum, publico judicio damnari, & indignum imperio  
 judicari, passa, *Henricum V. Regem Anglorum* adop-  
 tavit, ut verbis *Bodini* exprimam. In regno *Neapolita-*  
*no* duo extant, unum in *Johanna I. Regina*, quæ regna-  
 vit ad A. C. 1383. usque, quo jussu *Caroli Dyrrachini*,  
*Regis Pannoniæ*, strangulata est, postquam *Ludovi-*  
*cum I. Angolemiorum Ducem*, *Johannis Franciæ Re-*  
 gis

stra-  
Aure-  
s sui  
ium,  
ad di-  
n suc-  
Fran-  
rianae,  
t. Si  
rbini  
e filii,  
ræ vi-  
is, ab  
latus,  
oterat,  
refecto  
; eam  
io com-  
filius,  
allicæ  
cis Bri-  
aberet,  
cis fra-  
rovin-  
men ut  
fuerit,  
eterum  
lij Car-  
m, Por-  
filium,  
ana, te-  
tamen-

*Descript.*  
*Ital. p. 281.*

*Dec. 3. L. 1.*  
*p. 409. seqq*  
*de reb. Hisp*  
*L. 20. c. 11.*  
*§ 13.*  
*Octavio*  
*Beltrano*  
*dalla de-*  
*scriptione*  
*del regno*  
*di Napoli*  
*p. 79.*  
*Op. Herald*  
*part. spec.*  
*L. 1. c. 38.*  
*§. 18.*

gis alterum filium, autore Clemente VII. Antipapa, pro filio sibi adoptasset, ut scripsit *Albertus Leander*, quem ex Italica in latinam linguam *Guilielmus Kyriander* transtulit. Alterum est in Johanna II. quæ idem præstitit *Alphonso*, Arragoniæ Regi, ejus nominis V. in præmium operæ, qua ab obsidione Ludovici Andegaven- sis Neapolim liberaverat, Nam *in conventu Principum adoptionis tabula recitata ad XVI. Kal. Octobr. 1420. quam Romanus Pontifex aliquanto post tempore ratam habuit:* sed cum is matrem adoptivam regno spoliare, & in Ca- taloniam abducere, tentaret, illa, ex capite ingrati, ad- optione Alphonsi irritatâ, *Ludovicum III.* iterum ex *An- dina familia* Principem, cujus avum Ludovicum I. Jo- hanna I. in filium assumpserat, cum substitutione fratris *Renati*, Martino Pontifice confirmante, adoptavit, illi- que in Italiam accersito, Ducatu Calabriæ tradito, à sub- ditis homagium præstari fecit, quod præter *Blondum*, in *Historia ab inclinatio Imperio Romano, Mariana, & Octavius Beltranus* annotarunt. Quemadmodum vero Rex Hi- spaniarum pro titulo justificandæ possessionis Regni Neapolitani, Alphonsi adoptionem inter cœtera argu- menta, allegat; ita Galli, ex Ludovici I. & III. Andino- rum adoptionibus, in idem regnum prætensiones suas instituunt, de quibus prolixè videndus est *D. Spenerus*. Præterea *Carola*, vel, ut alii, *Carlota*, heres *Cypri* & tituli *Hierosolymitani*, Johannis II. Regis filia, nupta primum Johanni Portugallio Conimbricæ Duci, altera vice Lu- dovico Sabauda, postquam à fratre notho, Jacobo, au- xilio Soldani Ægyptii, regno pulsa fuerat, *Carolus II.* Ducem Sabaudia, Johannis I. Regis Cypriæ, ex filia, Anna, nepotem, adoptavit, ac Jus suum in Cypri regnum,

regnum, ad istum, successoresque Sabaudia Ducis transf-  
tulit. Videatur *Ranchinus*. Hinc Ducis Subaudia  
contra Venetos, quibus, Jacobi vidua, Catharina Cor-  
nelia, Cypri regnum concessit, praetensio nascitur, quae  
peculiari, jussu Serenissimi Subaudia Ducis evulgata,  
Dissertatione, cujus autor creditur *Petrus Menodus*, Je-  
suita, asserta, à *Theod. Grasvinckelio*, autem confutata  
est.

ap. *Asity*.  
Tom. 2. de  
la descript.  
de l'Europ.  
p. 448.  
*Mezeray*  
l' Histoire  
de France  
p. II. Tom. IV  
p. 364.  
de lur. pra-  
ced. inter  
Remp. Ve-  
net. & Sab.  
Duc. c. 22.  
segg.

XL. Dum Corneliae hujus mentionem facimus,  
ea quoque nobis subministratur observatio, non tan-  
tum à Principibus, sed *Rebuspublicis* quoque, adoptiones  
ejusmodi fieri consuevisse, cujus rei ipsa luculentissi-  
mum exemplum praebet. Cum enim *Jacobus Lusigna-*  
*nus*, qui ultimus Cypri Rex fuerat, *Catharinam* istam,  
*Marci Cornarij* sive *Cornelii*, summi Senatoris, filiam,  
ex clara atque illustri Venetorum gente, uxorem duxis-  
set, *Senatus Venetus*, ut ad capeffendas tantas dignitates  
magis dignam redderet, in *filiam Reipublicae*, Eam prius  
adoptavit, atque ita Regi isti, tanquam Reip. filiam,  
publica interposita fide, in matrimonium collocavit,  
qualis adoptio denique Venetis ad acquirendum Cypri  
regnum profuit, siquidem *Jacobus Rex*, paulo post  
moriens, uxorem praegnantem reliquit, scriptis tabulis,  
quibus illam regni haeredem, nascitura cum sobole, in-  
stituerat, sub Veneti *Senatus* tutela, cujus rei is exitus  
fuit, ut *Regina*, postquam vidua per aliquot tempus  
regnauerat, suorum hortatu, Venetias se contulerit,  
regnumque Cypri in provinciae formam redactum, *Se-*  
*natus* potestati tradiderit; prolixè id omne, & adoptio-  
nem, & nuptias, & regni acquisitionem, praeter rerum  
Venetarum scriptores proprios, *Petrum Justiniani*, *M. An-*

1470

1471

*Hist. Venet.*  
L. 10. p. 169.  
segg. &  
L. 12. p. 257.

G

tomium

*Rer. Ven. dec. 3. L. 9. p. 934. seqq.* *Hist. Ven. L. 1. p. 20. seqq.* *Hist. Ven. part. 11. p. 4. L. 3. c. 51.* *Estienne de Lusignan, description de toute l'Isle de Cypre chap. 21. p. 182. p. 187.* *ad π. 1. de adopt. n. 7.* *ad L. 30. ff. de adopt.* *V. 5. Conf. 167. n. 1.* *p. 1. Cl. 1. D. 11. §. 14.*

*tonium Sabellicum, Petrum Bembum & Paulum Parutam,* descripserunt *Author Chronici Subaudici*, lingua Gallica adornati (*Chronique de Savoye continuée jusqu'à l'an 1601.*) & qui ex Cypri domo Regia origines jaçtat, *Eustachius Lusignan*, in *descriptione Insulae Cypri*, qui rem istam ex *Græca Bustronis*, Nobilis Cyprii, Historia, à *Johannis II. Imperio*, ad cessionem usque regni Senatui Veneto factam, decurrente, *autore fide digno, honesto, veritatisq; studioso, qui que semper Jacobo Regi à latere, omnibusque actionibus ipse praesens fuerit, se habere, retulit.*

XLI. De *Principibus Ecclesiasticis* quaeri posset, an & illis facultas adoptandi competat? Loquimur de his, qui sacra Pontificia sequuntur: quod ex analogia disciplinae illius, quæ in universum de Clericis hoc tractat, definiendum est. *Zoësius* enim distinguit inter Sacerdotes & Monachos, his simpliciter hoc interdicit, quod per votum paupertatis omni se Jure, & per consequens, etiam patriæ potestatis, privarint, illis non item: atque sic etiam de Sacerdotibus asserit *Baro*, quia, etsi per *Canones* uxorem ducere prohibeantur, sufficiat, quod per naturam generare possint, quare & adoptare, *arg. L. 16. de adopt. junct. L. 2 §. 1. eod. add. Ruinus*: quam tamen opinionem ita limitat *Corasius*, ut adoptio talis de aliena tantummodo sobole, non etiam propria, spuria, debeat intelligi, ne alias colore adoptionis legi fraus fiat. Alii nec de omni aliena prole admittunt, sed de hac tantum, quæ sit ex sua familia, ut *DD* apud *Bocerum* allegati: *Zoësi* sententia vera est. Quanquam in *Principibus Ecclesiasticis* exemplum adoptionis, si *Mazzarini* Cardinalis supra relatam excipias, nondum deprehenderim: nepotismus enim summi Pontificis alio pertinet.

IV. Formæ

IV.

*Forma adoptionis ex Jure Romano, an & quatenus in Principibus necessaria. Exteris Germanis. Efectus harum adoptionum varij.*

XLII. *Qua Forma Principum adoptiones fieri soleant, ex superioribus satis puto apparebit, ubi & species, & exempla adoptionum, verbis plerumque scriptorum æqualium recensuimus. In supplementum disciplinæ istius heic aliqua addenda sunt. Et initio quidem ex Jure Romano constat, magna sollicitudine apud Romanos hoc negotium fuisse peractum, observatis pluribus requisitis, tum personas in hoc actu principaliter intervenientes, adoptantem nimirum ac adoptatam; tum modum adoptionis, concernentibus. In personis respiciebatur ante omnia utriusque habilitas, & voluntas, & in adoptanda quandoque, præter voluntatem propriam, etiam tutorum, curatorum, agnatorum, quorum intererat, consensus, atque ita, legitima, utriusque requisiti ad ipsum actum deductio: quæ modo adoptandi absolvebatur. Hic vero, auctoritatem Summi Principis, vel magistratus interventum, pro diversa adoptionis specie, desiderabat. Concurrente Principe, rescripto opus fuerat, quo petitio adoptantis, libello supplicis oblata, & causam adoptionis indicans, memoraretur, cum causæ istius præmissa cognitione, & approbatione; ac ista denique, insinuatio Rescripti, apud judicem competentem,*

G 2

& ad

. Forma



& ad acta relatio, claudebat, uti interpretes nostri, ad *Ti-  
tulos Juris, de adoptionibus*, prolixius observarunt.

XLIII. An ad istas Justiniani Juris subtilitates & Principes adstringemus? Sane qui de *Principibus superiorem non recognoscentibus* tale quid affirmet, nemo tam absurdus puto fuerit. Cum enim Jurisconsulti nostri pridem fassi sint, substantiam adoptionis ex voluntate adoptantis & adoptati pendere, apud *Antonium Fabrum*, in Principibus plus desiderari non potest, quam ut de consensu utrinque reverà constet. Unde *nuda declaratio* sufficit, se hunc vel illum in filium adoptare, quem admodum in adoptione Pisonis, ac Trajani, factum memoravimus, qui mos in sequenti etiam tempore servatus est. Addebatur autem subinde adoptionis *nuncupatio*, sive renunciatio publica, vel apud *Exercitum*, ut iterum Pisonis, vel in *Senatu*, ut Antonini Pii, idque pro conditione temporum, cui & hodiè satisfieri variè potest. Conferebantur præterea munera publica & donationes in populum militesque, *letitiæ publicæ signa*, de quibus ex superioribus constat. Moris deinde erat, ut adoptatus Principi adoptanti publicè *gratias* ageret, hinc Pisonis *comem* fuisse *Orationem* apud *Tacitum*; Antoninum Pium, in *Senatu gratias egisse*, quod de se ita sensisset *Hadrianus*, apud *Capitolinum*: ex adverso, *Commodum*, præ valetudine *gratias istas in Senatu agere non potuisse Hadriano*, de adoptione, apud *Spartianum*, legimus.

XLIV. Docent præterea exempla, parum ad ista requisita Principes attendisse. Sic ratione *ætatis Romanæ* leges volunt, ut adoptans adoptatum plena *pubertate*, id est, decem & octo annis præcedat, quod uti nec semper in *Patriciis ac civibus Romanis servatum*, cum

P. Clo-

Ration. ad  
L. 4. ff. de  
adopt.

1. Hist. 19. 1.

Ant. p. c. 4.

Hadri. c. 23.

S. 4. l. C.  
L. 40. S. 1.  
ff. de adopt.

P. Clodius, Fontejo plebejo, *natum minori*, se in adoptionem dederit; ita multo magis apud Principes; Hadrianus annos LXII. natus, adoptavit Antoninum Pium, annorum L. teste *Victore*, vel, LIV. ut alii volunt. Heliogabalus adoptans Alexandrum, aut plane non, aut parum eum antecedebat. Ratione *natura*, eadem postulant, *ut adoptans per naturam ad generandum sit habilis*, nec vitium perpetuum aut incurabile adsit. Ast idem Heliogabalus, abscissis genitalibus, Alexandrum, Consobrinum: & Guidus Ubaldus, ad rem uxoriam, per totam ætatem minus idoneus, fratris filium, adoptavit. Idque in regibus fieri posse perpetua observatione docet *Scipio Gentilis*. Vicissim adoptio *inter absentes fieri non poterat*; Nerva tamen Trajanum absentem adoptavit, *Plinio* dicente, ac Regibus Principibusque ita permitti, per modum regulæ, observat *Feltmannus*. Sic nec *tabulis*, licet per *tabellionem confectis*, adoptionem licebat celebrare, sed solennis Juris ordo apud Magistratum desiderabatur. In Principum adoptionibus tabulæ ac diplomata sufficiunt, ut supra in adoptione Alfonso à Johanna Neapolitana facta, vidimus. Et cum ipsi sint summi Magistratus alium adire non possunt. Unde Augustus apud se domi adoptavit. Porro nec sollicitior ista *causa cognitio* heic obtinet: qua alias Romanæ leges ab adoptando facile abstrahunt, *qui liberos jam habent*. Nam Micipsa, cum Hiempsalem & Adherbalem haberet filios, nihilominus fratris filium Jugurtham: Tiberius, ex Arrippina Drusi pater, Germanicum; Claudius, postquam è Messalina Britannicum sustulisset, Neronem, generum, demum adoptavit:

Suet. Tib. c. 2.  
 Epit. c. 14. 15.  
 conf. Vict. Epit. c. 23. 24.  
 §. 9. 1. de adopt.  
 L. 39.  
 §. 1. de iur. dot.  
 Lamprid. Heliog. c. 7.  
 Vict. Ep. c. 13.  
 de L. Clod. 0. 13.  
 L. 24. L. 25.  
 §. 1. de adopt.  
 L. ult. C. cod.  
 Paneg. c. 6. §. 9.  
 add. L. 25. L. 4. C. de adopt.  
 L. 17. §. 3. de adopt.  
 Florus III. 1.  
 Suet. Tib. c. 7.  
 Suet. Claud. c. 27.



XLV. De Principibus autem ac *Statibus Imperij Germanici* posset fortasse aliquis existimare, teneri eos, in adoptionibus suis, formam Juris Justiniani præcise observare, utut enim respectu suorum subditorum, pro Principibus in territorio supremis, rectè habeantur, relatione tamen ad Imperatorem & Imperium facta, quamdiu quidem isthæc regiminis formula, & unius Reipublicæ habitus in Germania consistit, pro *civibus* vel immediatè Imperio *subjectis* membris, æstimandi sunt, quorum actiones non minus ac aliorum inferioris sortis hominum, juxta legum normam institui dijudicarique solent. Et cum inter cœteras *leges*, etiam *Romane* illæ, sub *communis Juris* titulo, fatente quoque *Conringio*, propositæ, in supremis Imperii Germanici tribunalibus, *judicio* nimirum *Imperiali aulico*, & *Camerali Spirensi*, definiendis Principum quoque causis adhiberi debeant, *Ordinationibus* publicis ita jubentibus: Et quod revera adhibeantur, quotidiana *praxis*, & tot de causis Illustrum vulgata, Actorum, Manifestorum, Informationum, Deductionumque volumina doceant, ut de Cameralium rerum Compilatoribus, in quibus similia specimina passim extant, sileamus, vix erit, ut Principes hic excipere liceat, ubi super adoptionibus illorum peculiariter nihil constitutum est. Quid ergo dicemus? Absque hæsitatione in *affirmativam* sententiam pronuntiarunt *Jcti Marpurgenses*. è contra qui *Cesarini Fürstenerij* principia sectari gaudent, negativam præferrent. Nobis res tam facilis expeditu non apparet, urget enim ex una parte sublimis Principum potestas autoritasque, quæ ultra privatorum conditionem, etiam in tali Juris argumento, eos videtur evehere; ex altera,

Sid. Tract.  
de Unitat.  
Reip. in  
S.R.L. c. 2.  
S. 8. seqq.

de O.I.G.  
c. 33.

Ord. Iud.  
Aul. Tit. 1.  
S. 16. T. V.  
S. 8. add.  
in fin.

Ord. Cam.  
p. 1. T. 13.  
S. 1. p. 2.  
T. 57. p. 13.  
T. 50. C.  
T. 53. S. 9.

V. 1. C. 20.  
n. 56.  
d. Suprem.  
Princip.  
Germ. c. 25.



altera, obstat communis Imperii vinculum, facultatisque legislatoriae vigor, cujus ratione, ad se quoque pertinere, quæ omnibus publico Jure dicta sunt, existimare debent.

XLVI. Cogitaveram, annon occasione disciplinae Grotiana, qua *actus Regis*, qui regii sunt, & *actus ejusdem privati* discernuntur, distinguere possimus, inter adoptiones Principum *publicas & privatas*, quanquam alio, quam *supra* hanc formulam loquendi accepimus, sensu; privatam adoptionem hic dicimus, non ratione *finis*, sed vel *subjecti*, vel potius *facultatis* adoptandi, ubi in *domo* sua, aliquem sibi in *filium* Princeps legit, qui *nominis bonorumque* eorum, quæ *Jure privato* ad istum pertinent, aliquando hæres sit; publicam vero, ubi tanquam in *Republica*, sibi *filium Principem*, consortemque Principalis dignitatis facit, qui in ordine *Statuum Imperij* collocatus, in regimine Principatus, cum omnibus prærogativis *successor* olim evadat, quatenus alia lege publica non impeditur. Ne efficta videatur distinctio, antiquitatis auctoritatem præscribere possumus. Nam & olim apud Romanos Principes vel Imperatores aliud fuerat, aliquem *simpliciter* adoptare, aliud adoptare in *Cesarem*. Primus, qui cum hoc effectu adoptatus est, fuit *Ælius Verus*, quem ab Hadriano in ipsa adoptione, *Cesaris* nomine appellatum, quasi *quendam Principis filium Virum & designatum Augustæ Majestatis heredem*, commemorat *Spartianus*: ex adverso *M. Antoninum Philosophum*, ab Antonino Pio adoptatum, mortuo demum avo, Hadriano, *Cesaris* appellatione donatum, ex *Capitolino* discimus. Ergo ex adoptione Principis filius esse potest, quasi *Jure privato*, potestatis patriæ, qui non-

de l. B. P.  
11, 14, 1.

0. 21.

Ael. Ver.  
c. 2.

M. Anton.  
Phil. c. 6.

erij  
in  
ob-  
pro  
re-  
cta,  
ius  
ibus  
ndi  
rio-  
iju-  
am  
que  
nici  
me-  
dhi-  
Et  
de  
In-  
ant,  
s si-  
ut  
s il-  
ergo  
ten-  
qui  
vam  
ppa-  
ote.  
em,  
; ex  
tera,

XII. Obs. 15. nondum est Princeps, vel Candidatus Imperii, & hoc est, quod *Cujacius* observavit, adoptionem, etiam in Principe, per se filium facere, non Cæsarem. Quæ ad rem præsentem ita transferri possunt, ut dicamus, in adoptionibus privatis, Principes Germaniæ ad leges Romanas nihil adstringi, sed actus ejusmodi solo naturali ac Gentium Jure regi, cum hætenus Principibus superiorem non recognoscentibus exæquentur. In publicis autem, si non *precisè necessarium*, de quo adhuc judicium meum suspendo, saltim *tutius*, & ad præcedendas lites *consultius* est, Romani Juris formulam sequi, quatenus id quidem alias usu obtinet.

m. Maj.  
A. 1672.

XLVII. Notanter dixi, *quatenus alias usu obtinet*, ut enim mores nostri non abrogaverint hac in parte Jus Romanum, explicarunt tamen subinde, necessitatemque omnium & singularum Veterum istarum solennitatum, privatis quoque paulo remiserunt, dummodo de re ipsa ex actis constet. Atque ita etiam *Facultas nostra*, in causa arrogationis, versus Hanoviam, comparatione temporum instituta, respondit: dieses ist auß den Rechten gewiß/ daß auch zu Zeiten deß Kaisers Justiniani, man in dergleichẽ actibus voluntariæ Jurisdictionis, nicht allezeit so genau auf die äusserlichen Solennitäten gesehen/ noch die Wort/ adoption, arrogation, captiret/ sondern auf das/ was gemeinet/ und allerseits verhandelt worden/ es auch dabey/ wann solches sonst seine Gewißheit und Richtigkeit gehabt/ und die interessenten damit zu frieden gewesen/ bewenden lassen; Dannenhero um so viel weniger zu zweifeln/ daß dergleichen actus voluntariæ Jurisdictionis, nachdem das Römische Reich auf die Deutsche gekommen/ heut zu tag/ auch nicht mehr so curiose

riose & solenniter, wie tempore Justiniani & anteriorum Imperatorum, verhandelt/ noch darauf/ sondern vielmehr auf das Werk selbst/ gesehen werde/ ob gleich wir uns annoch der terminorum adoptionis & arrogationis gleichmäßig gebrauchen und bedienen/ wie solches so wol in den übrigen modis dissolvendæ, als constituendæ patriæ potestatis zu sehen. Addi possunt, quæ in hanc sententiam *Bachovius* disseruit, adoptionem in specie sic dictam hodie sine ullis solennibus fieri, & arrogationem pro actu legitimo non amplius habendam esse. Quæ omnia, quomodo in favorem facilitatemque Principium adoptionum explicari possint debeantque, ex se puto manifestum est; sicut enim in universum *adoptio non Jure*, id est, non solenniter, veluti, non apud Magistratum, eumve, cui ea Jurisdictio data est, *facta, à Principe confirmari potest*, ita satis sibi prospicere existimo Principes vel Comites Imperii, si arrogationes adoptionesque suas, sub autoritate & confirmatione Imperatoris, vel Cameræ Imperialis, perficiant, quemadmodum heic quoque id exigit *Henricus Bocerus*, & Status Ipsi subinde agnoverunt desideraruntque: notabilis est formula in adoptione Liberi Baronis, cujus *supra* fecimus mentionem, usurpata, auch vorhabens sind/ eine solche adoption am Kayserl. Cammer-Gericht/ als unserm ordentlichen ungemitteltem Richter/ NB. wie es die beschriebene Kayserliche Rechte erfordern/ mit erster Gelegenheit nothdürftiglich confirmiren zu lassen. Et si exempla respiciamus, Fridericum Victoriosum, Comitem Palatinum, cum Philippum, ex fratre nepotem, arrogaret, *confirmationem* Friderici Imperatoris sæpe multumque requisivisse, ex *Aenea Sylvio* jam notavimus.

*in nov. ad  
t. de adopt.  
p. 237.*

*L. 38. de  
adopt.*

*P. 1. Cl. 1.  
d. 11. 0. 53.*

*0. 16.*

H

vimus.



vimus. idem constat, de adoptione Friderici, Comitis Ortenburgici, qua Ludovicum Comitem Ciliæ, adoptavit, à Sigismundo Imperatore confirmata. Neque de aliis, cum effectu celebratis, dubitandum est.

XLIX. Vidimus in exemplis adoptionum supra relatis, Pontificis confirmationem fuisse adhibitam, uti communiter apud Italiæ Principes, ita etiam quandoq; in Germania; nominatim in Friderici Victoriosi adoptione: quid ergo? an Pontifici isthæc facultas confirmandi adoptiones Principum, competit? Sanè *de facto* sic contigisse, ut confirmaverit, negari non potest: *de Jure*, si quæras, idoneum titulum reperire adhuc nescio. Cogitavi, an forte, quod ex fictione civili, pro specie nuptiarum haberi posset adoptio, causæ Ecclesiasticæ prætextu, tale quid sibi vindicaverit Pontifex: aut saltem in Italia, ubi speciali quadam ratione sibi superioritatem competere putat, hoc sibi licere existimaverit; sed probabilius est, factum id esse, ex prætenso isto Imperio universali, quale in orbis Christiani Reges Principesque, superioribus temporibus sibi arrogavit, in quo sponte sua, vel religionis opinione, vel certæ utilitatis ratione, adducti, nonnulli aliquando acquieverunt. de Friderico saltem, Principe magnanimo, penitus credo, si Imperator confirmatione sua tam graviter non restitisset, ad Nicolaum Pontificem, Ipsum perventurum non fuisse. Hodie, postquam illa Pontificis, in rebus temporalibus, potestas, ubique ferè satis castigata, & in ordinem redacta, Germaniæ præterea nostræ, Jure publico certius prospectum est, exemplis ejusmodi locus non amplius erit.

XLIX. Id

XLIX. Id verò disputari potest, *an apud se quoque adoptare possint, Principes Comitesque nostri?* asserit Collegium nostrum *Argentoratense*, contra *Bocerum*, qui ex analogia Juris, constituendi Principibus & Comitibus pupillis Tutores, auctoritatem Cæsaris vel Cameræ simul requirit, quam rationem *Annotator* confutare ausus est, & cum *Bocerus* ea concedat, posse Principem vel Comitem filium suum alteri *in adoptionem apud se dare*: argumento deducto ex *L. 4. ff. de adopt.* posse itidem Eundem, filium familias, *apud semetipsum in adoptionem dari*, per *L. 3. ff. de adopt.* non apparere, cur non & alium *apud se adoptare* possit, maximè, cum proprios filios suos *apud se ipsum emancipare* se posse, *alibi* concedat *Bocerus*, quod utrumque ad actus legitimos pertineat. Nos circa privatas Principum adoptiones Collegio assentimur, arg. *L. 2. ff. de Off. Pres.* eam tamen decidendi rationem, quod sint *Magistratus ordinarij*, quibus plena legis actio competat, nostram non facimus, siquidem comparationes istæ Statuum Imperii, cum Magistratibus Romanorum, quam multis difficultatibus sint obnoxia, à *Bœclero*, *Schiltero*, aliisque pridem est ostensum: sufficit illud argumentum, quod quæ Jure Romano Magistratibus fuerint permissa, multo magis in Imperio hodierno Statibus sint licita. addatur *Hilligerus*, qui contra *Donellum*, pro hac sententia pugnat. Cæterum in publicis adoptionibus confirmatione Cæsarea opus est.

*l. de adopt. 0. 22.*

*d. D. 11. 0. 54. 55.*

*Cl. 1. d. 13. 0. 30.*

*Animad. ad Ottono l. P. p. 55. ad π. Ex. V. 0. 1. 0. Ex. VI. 0. 8. D. E. L. 2. c. 22. lit. i.*

L. Transeamus ad effectus adoptionum Principum. Primarius in adoptionibus excellenter sic dictus, est *patriæ potestatis* in adoptivum constitutio; sicut enim in universum patria potestas, etiam solennis illa & civilis, adhuc hodiè, in Germania viget, *Lauterbachio*,

*§. 2. 11. l. L. 2 §. 2. ff. L. 10 c. de adopt. Concl. For. Ex. 4. 0. 10.*



*L. 1. Eccl. 45.* *Philippi*, aliisque observantibus, ita Principibus quoque Nostris eandem in liberos suos competere, vel exemplum docet literarum, apud *Hortlederum*, quibus post proscriptionis abolitionem, à Carolo V. Cæsare, Johannes Fridericus Elector Saxonæ, non minus in patriæ potestatis, quam alia Jura, restitutus est. Hinc qui antea sui Juris fuerant, post adoptionem alienæ potestatis esse censentur. De Tiberio ab Augusto adoptato ita scribit *Suetonius*: *nec quidquam postea pro patrefamilias egit: aut Jus, quod adoptione amiserat, ex ulla parte retinuit, nam neque donavit neque manumisit: nec hereditatem quidem aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret accepta.*

LI. Consequuntur potestatem ipsam ex adoptione & alia quædam Jura. utpote *nominis assumptio*. Apud Romanos quidem adoptatus non solum *nomen & cognomen adoptantis* sumebat, sed & *gentilitium* suum nomen retinebat, plerumque tamen syllaba, in *anus*, productum. Sic *Publius Æmilius*, *Lucii Æmilii Pauli Macedonici* filius, à *Scipione Africano* adoptatus, dictus est *P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus*. *P. Lucius Mucius*, à *Crasso*; *P. Licinius Crassus Mucianus*. *Pomponius Atticus*, à *Quinto Cæcilio*; *Q. Cæcilius Pomponianus*. Idque in Principum quoque adoptionibus servatum fuisse, docet exemplum *C. Octavii*, qui post *Julii Cæsaris* adoptionem, *C. Julius Cæsar Octavianus* appellabatur, unde & leges ab eodem latæ, *Julie* nomen sustinent. *Galba*, à *Noverca*, *Livia Ocellina* adoptatus, se *Livium Ocellinum* dixit. Quemadmodum vero tam necessarium perpetuumque id non fuerat, istis quoque temporibus, ut non quandoque posset omitti, notante *Scipione*

*Vid. Paul. Manut. in Epist. fam. Cicer. L. 1. ep. ult.*

*Vid. Ant. Aug. de LL. C. 82. p. 71. seqq.*

pione Gentili, ita etiam deinceps varia ejus rei fuit observatio; Tiberius Claudius Nero ab Augusto adoptatus, *Tiberius, Divi Augusti filius*, dicebatur, alii simpliciter *Cæsaris* nomen gentilitio suo addiderunt, aut alios titulos, vel spem successionis, vel curarum partem, representantes, quales sunt *Principes juventutis, Tribunitie potestatis consortes*, & similes, sibi apposuerunt, de quibus *Bæclerus* videndus est. Posterioribus seculis, id rarius frequentatum, nisi ab adoptante ipso, necessitas ferendi nomen & insignia, adoptato imposita fuerit, quo casu tamen propria suæ familiæ arma relinquere non tenetur, sed simul conjungere & retinere potest, ut *Fachinus, Tessaurs* aliique docuerunt.

LII. Nominis communionem regulariter comitatur *Jus familiae, & adgnationis*. Unde in exemplis supra positis, adoptatus, per adoptionem in familiam adoptantis transiisse, à scriptoribus dictum est. De eo autem non immerito quæri posset, an plebejus à Principe vel Comite adoptatus, *dignitatem Statumq;* Principis vel Comitum, exinde consequatur? Si ex analogia eorum, quæ de plebejo, à nobili adoptato, heic disputantur, præsentem quæstionem definire velimus, multis difficultatibus ea erit impedita. Sunt enim, qui hoc indistinctè affirmant, quod *textibus* disertis, tum *dignitas* patria, per adoptionem acquiri, tum etiam *onera* patris ad adoptivum transire, dicantur, quæ, argumento *L. 10. de R. I.* transitionem quoque commodorum ac privilegiorum inferant; quam sententiam defendunt *Gothofredus, Eybenius, Riccius, Frizius*. Sunt ex adverso, qui indistinctè negant, eo quod nobilitas, originarie quidem veniat à Majestate: derivativè verò, non nisi sanguine

*Dis. de L. Clod. 0. 16. 17.*

*ad 1. Ann. 3 p. 94. seqq. & Comm. Plin. c. 3. §. 18.*

*L. V. conf. 32. n. 22. decis. 270. n. 9. 13.*

*L. 23. de adopt. l. 1. §. 11 de suis & leg. L. 1. §. 4 und. cogn.*

*L. 13. 23. 35. de adopt.*

*L. 5. 6. 10. de Senar. L. 45. de adopt.*

*ad L. 23. de adopt. lit. 2. ad §. 2. 1. h.*

*Obs. II. de un. prol. c. 9. n. 4.*

*de nob. Concl. 20. b.*

nitatur, sed ne hoc modo ad adoptatum posse venire, quod adoptio jus sanguinis non tribuat, nec illo, quia privatus, quæ Majestatis sunt, sibi vindicare non, possit, ut *Bachovius, Tiraquellus, Hilligerus, Feltmannus*, ratiocinantur. Alii distinguunt; idque iterum variè. nonnulli, inter *adoptionem & arrogationem*: ut *Reinkingius*. Alii inter *adoptionem ab extraneo, & ab adscendente aliquo*, cum qua posteriori multo magis *arrogationem* comprehendunt, ut *Hahnus, Treutlerus, Feschius*, quasi per has species nobilitas acquiri possit, per illas non item, quos tamen omnes gravissime impugnat *Feltmannus*, quod illorum fundamenta non nisi patriæ potestatis acquisitionem evincant, hæc vero ea tantum secum trahat, quæ ex Jure privato dependent, non quæ publico, qualis nobilitas sit. Sunt denique qui cum *Cujacio*, discernunt, in ipsa nobilitate, *gentem & genus*; hoc vocant, dignitatem ex coruscatione sanguinis clari provenientem, quæ à parentibus orta, in liberos legitimos, velut per traducem, descendat. Illam vero, Jurium, immunitatum, & insignium paternorum privilegium: illam non, hoc verò acquiri autumant. Quid faciemus in tanto sententiarum divortio? Nobis ita videtur, separandi sunt Principes absoluti, ab his, qui superiorem agnoscunt: In illis, sola voluntas adoptantis mensura haberi debet jurium, ex adoptione quærendorum, quæ si plena est, ut patriam potestatem constituat, ac in familiam adoptantis adscititium filium trahat, quin connexa quoq; parentis dignitas, juxta rigorem Juris, sequatur, non est dubitandum; In his, altiori principio opus est, consensu nimirum illius, cuius conferendi dignitates istas competit. Consequenter hisce existimo, in Imperio

ad Tr. l. 2.  
20. a.  
de Nob. c. 15.  
n. 6.  
D. E. II. 22.  
lit. l.  
ad l. 23. de  
adopt. n. 5.  
R. S. C. E.  
L. 1. Cl. 5.  
c. 11. n. 24.  
ad Wes. h. r.  
n. 6.  
II, 15, 5. c.  
de insign.  
c. 11. n. 23.  
de ut. hon.  
l. 2. c. 16.  
Consult. 56.

pe  
ni  
qu  
ra  
su  
  
ro  
fil  
vi  
de  
V  
tu  
ha  
ce  
tu  
su  
ac  
U  
ut  
Ja  
na  
ad  
Pr  
Ju  
be  
qu  
ad  
fi  
fal  
qu  
D



perio Germanico, privatam Principis adoptionem, dignitatem Principis non conferre, bene autem publicam, quæ Cæsaris auctoritatem confirmationemque desiderat, & hoc fortassis casu agnatorum quoque consensus. Nec obstat L. 7. ff. de adopt.

LIII. Circa acquisitiones rerum aliàs Juris est, ut ar. rogati bona ad arrogatorem transeant, deinceps quoque filius Patri acquirat, atque huic ille denique succedat. videndum, an & ita apud Principes? & de priori quidem capite diversam praxin video: ad Fridericum sane Victoriosum, per arrogationem pupilli sui Electi oratum Palatinum pervenisse, novimus. Ex adverso, Johanna II. Alfonsi adoptati regnum Arragoniæ non accepit, nec Margaritha, per Ericum, Pomeraniæ Ducatum. Quo modo in Tiberio adoptato se res habuerit, supra ex Suetonio diximus, videtur is patri suo adoptivo acquisivisse: secus in Aureliano, qui non arrogatori, Ulpio Crinito, sed sibi, Imperium Romanum quæsivit, ut sibi etiam Catharina, Cypri regnum, post mortem Jacobi, non Reipublicæ Venetæ, cujus filia fuerat, nam ad hoc demum peculiari cessione opus fuit. Quoad successionem, paritatem plerique heic negant, quod in Principatibus, Comitatusque præsertim Germaniæ, Jure feudi succedatur; à feudis autem filii adoptivi jubentur exesse, tum textu 2. F. 24. §. 4. tum ratione, si quidem feuda sanguini dentur, cujus communionem adoptivi non habeant, & præterea Dominus feudi per fictitios hosce liberos Jure suo plane privaretur, & Vassallus ex aliena familia, solius Vassalli voluntate, eidem quæreretur, contra 2. F. 12. Sed sicut ipsi feudalis Juris Doctores nostri, exceptiones heic agnoscunt, ubi vel pacto

...  
...  
...

L. 15. ff. de adopt.

§. 2. l. de success. ab int. L. pen. C. de adopt. L. 15. C. de suis & leg.

Sid. Ro- senth. c. 7. Concl. 30. n. 35. Vult. L. 1. c. 9. n. 901

ire,  
uia  
flit,  
tio-  
on-  
ius.  
ali-  
om-  
per  
em,  
nus,  
ac-  
tra-  
ico,  
cio,  
vo-  
ve-  
nos,  
um,  
im:  
mus  
le-  
rem  
fura  
quæ  
n fa-  
con-  
qua-  
opus  
ita-  
Im-  
perio



Sid. Rit-  
tersh. L. 1.  
c. 13. q. 5.

de l. B. | P.  
11, 7, 12. &  
14. & seqq.  
conf. | 1, 3,  
12. 13.

ad Grot.  
p. 301. seqq.

pacto investituræ, vel statuto aut consuetudine, vel simili ex causa aliter obtineat: ita, in generaliori disciplina, fortassis citra distinctionē pronunciari non potest, cum exempla passim extent, quibus adoptivi filii non solum in rebus privatis, sed & in regnis, ac cæteris Regalibus dignitatibus, patri adoptivo successerunt. De Jugurtha, Micipsæ Numidarum Regi, succedente, supra vidimus: ut & de exemplis in Imperio Romano, in quo olim hoc ferè perpetuum fuit: Nam Augusto Tiberius, Claudio Nero, Trajanus Nervæ, Antoninus Pius Hadriano, & ipsi Antonino Antoninus Philosophus, ne de aliis dicamus, ita successerunt. Imò in Germania quoque Liutolphum Ottonis I. filium, tali Jure, Hermanni, Sueviæ Ducis, successorem fuisse, supra relatam est. De Erico, Pomeraniæ Duce, in regnis Daniæ, Sueciæ, Norvvegiæ, sic succedente, vicissim constat. Nobis *Grotij* philosophia huc applicanda videtur, ut distinguamus, inter regna vel Imperia, quæ *pleno modo* possidentur, & in patrimonio sunt, ab his, quæ *modum habendi* accipiunt ex populi consensu. Quæ prioris generis sunt, in illis quoad successionem omnia dependent ex *voluntate* Regis, vel *expressa*, vel *presumptâ*, juxta *consuetudinem* Gentis explicanda. Unde ex tali causa, heic *adoptatos non minus quam veros liberos* succedere, *Grotius* monuit, & *exempla* in eam rem subjunxit. Quæ verò ad posteriorem classem pertinent Imperia, adoptivos non admittunt, ex naturali præsumptione, qua non nisi eos, qui secundum patriæ leges nati sunt, vocasse censetur populus, quæ in dubio sequenda est, nisi aliud mos aut lex ferat, ad quam posteriorem declarationem *Bæclerus* exempla Imperatorum Romanorum retulit, quibus con-

consensu populi, legeque regia permessa fuerat adoptio, sicut etiam Imperium, adoptione quaesitum, saepius confirmavit Senatus. Quae omnia facili negotio ad casus praesentes possunt applicari; Et hoc est, quod *Carolus ab Hagen*, disertè tradat, si quae ex regalibus feudis mere *hereditaria* sint, quod *Grotius pleno modo* haberi, aut in *patrimonio* esse, vocat, in illis Principem arrogando vel adoptando successorem sibi constituere posse, talium vero feudorum exemplis, inter Imperii Status, nos non destitui constat, & ab *littero Nostro* satis ostensum est.

*Inst. l. 1. §. 2. c. 4. §. 5.*

*de Feud. Imp. c. 30. §. 19. seqq. c. 16. n. 5. seqq. c. 23. §. 9. seqq.*

V.

*Adoptionis affinia. Et Contraria.*

LIV. Sed haec ad adoptionem propriè sic dictam pertinent. Sunt & alii modi, qui *affinitatem* cum illa videntur habere. Talis est *assumptio in filium*, hoc est in fidem & clientelam suam. de qua Doctores in *l. 132. de V.O.* agunt. item adoptio in *fratrem* vel *matrem*, quod sicut verae adoptioni oppidò repugnat, ita nihilominus sub his formulis, susceptiones ejusmodi solent celebrari. illustre exemplum habemus in *Ladislao Hungariae Rege*, qui *Elisabetham, Johannis Hunniadis viduam*, cum filiis suis, ita accepit, descripsit *Bonfinius* iis verbis: *supersunt tibi duo filij, qui cum paternâ virtute certabunt, hos ego fratres, & te matrem, adopto, sacrosanctam mihi fœderis eucharistiam testem esse jubeo.* & mox: *ambos (Ladislauum & Matthiam ad genua supplicantes) fratres adoptavit, ac Elisabetham pientissimæ parentis loco se semper habiturum esse, recepit. fraterna adoptionis diem cuncti letitia celebrarunt.* pertinet eodem *destinatio successoris,*

*vid. l. 7. c. de her. Inst.*

*Rer. Hung. dec. III. l. 8. p. 497.*

I

quæ



quæ vel solius Imperantis *voluntate* ac arbitrio nititur,  
*Annal. l. 1.* ut Conradi I. Henticum Aucupem, apud Wittekin-  
*L. 2. c. 7.* dum & Luithprandum, sic constituentis: vel *conventio-*  
*Sid. Clapm ne* plurium, quo pacta successoria & confraternitates  
*de Arcan.* referuntur: vel *lege*, ut in Imperio Germanico, Rex  
*11, 21.* Romanorum; in Galliâ, Delphinus; in Britannia,  
*Illustr.* Walliæ Princeps. Sub eandem classem revocari potest  
*Forstn. ad* *conditio, nominis & armorum ferendorum*, quæ etiam sine  
*Tac. 1, Ann.* adoptione apponi solet, & heredis institutioni, &  
*3.* quandoque etiam donationi, qualificatæ nimirum &  
*Sid. l. 7. f.* cum modo; cujus ille est effectus, ut, qui commodo  
*l. 63. §. 10.* hereditatis frui velit, conditioni parere necesse habeat,  
*ad Sc. Treb.* perpetuoque nomine & insignibus, juxta tradita *Tessau-*  
*l. 19. f. d.* *ri & Fusarii*, uti debeat; sicut contra donatarium quo-  
*donat.* que talem, ob non servatum pactum, vel per *condictio-*  
*dec. 270.* nem ex *l. fin. C. de rev. don.* donationem revocari, vel ad  
*de fidei-* implendam fidem, *prescriptis verbis*, aut *condictione cau-*  
*com. subst.* *sa dati*, nisi famosum aut turpe sit nomen, agi posse,  
*7. 447. n. 1.* *Feschius* annotavit. quæ quo minus etiam in Principes  
nostros cadant, nihil impedit.

LV. Cæterum *adversantur* huic adoptioni quæ-  
cunque eam in irritum deducunt, aut solvunt, quorum  
effectus est, ut quicquid adoptione antea quæsitum fue-  
rat, iterum censeatur amissum. Talis est *abdicatio*, quâ  
nepotem suum *Agrippam* adoptatum, *brevi, ob inge-*  
*nium sordidum & ferox, abdicavit, seposuitq; Surrentum,*  
*Aug. c. 65.* Augustus, memorante *Suetonio*. item *rescissio*, qua ex  
*add. Tac. 1.* causa ingrati, Alphonsi adoptionem, atque ita etiam  
*Ann. 3, 6,* jus ad regnum Neapolitanum, annihilavit Johanna II.  
præter cæteros verò modos patriam potestatem dissol-  
ventes, solenni ratione id contingit per *emancipationem*,  
de qua pauca dicenda restant. VI.

*de Insign.*  
*c. 15. n. 8. 9.*  
*§ c. 12.*  
*n. 7.*

*l. 13. de*  
*adops.*

*Aug. c. 65.*  
*add. Tac. 1.*  
*Ann. 3, 6,*

VI.

Emancipationes Principum.  
Species. Exempla.

LVI. Est verò *emancipatio*, quæ alias quoque *manumissio* dicitur, accuratè tamen loquendo ab ea distinguenda debet, nihil aliud, quam *relaxatio patriæ potestatis*, utriusque voluntate, & cum debitis requisitis facta. Olim per antiquam Legis XII. Tabb. observationem, hoc est, per imaginarias venditiones, & manumissiones atque emancipationes intercedentes, solebat procedere, multis solennitatibus adhibitis, unde etiam *legitima* dicebatur, sed eam pridem Imperatores aboleverunt. Manserunt duæ species, *Anastasiana* & *Justiniana*, ab Autoribus suis sic appellatæ, quarum illa in l. 5. hæc in l. 6. C. de emancip. lib. sedem habet. Anastasiana fit per rescriptum Principis, super emancipandis à patre impetratum, competentique judici insinuatam: Justiniana verò, necessitate adeundi principem remissa, idem coram Magistratu competente peragere permittit. De quo Interpretes videndi.

l. 16. §. 1. ff. de inoff. test. l. 1. §. ult. ff. de par. qui man. l. 3. C. de bon. mat. junct. l. 1. pr. de Cond. caus. dat. Sid. l. ult. C. de emancip. §. 6. l. quib. m. j. p. p. solo.

LVII. Ad emancipationes Principum ut deveniamus. extat specimen in *A. Vitellio*, quem, *filium Petronianum*, heredem à matre sub conditione institutum, si de patris potestate exisset, manu emisisse, retulit *Suetonius*: Solebant enim matres & aviæ plerumque ita liberos instituire, ne quid ex hereditate ad patrem perveniret, uti constat ex his quæ *Brissonus* congeffit. Ita etiam de *Didio Juliano*, quod filiam suam, potitus Imperio, dato patrimonio, emancipaverit, testis est *Ælius Spartianus*.

Vitell. c. 6. de form. l. 7. p. 600. Did. Jul. c. 8.

LIIIX. Cæterum nec in hoc argumento exemplis de-  
 stituimur apud Proceres Imperii Germanici, ut certo as-  
 severare possimus, emancipationem & Justinianeam &  
 Anastasianam, à Statibus subinde solere exerceri, atq; ita  
 in vigore esse. De *Justinianea*, nobilissimum exemplum  
 habemus ex familia *Comitum Lövvensleinsium*, Ludovici  
 Senioris, qui filios suos, Christophorum Ludovicum, &  
 Ludovicum juniorem, die vigesima octava Martii, anno  
 superioris seculi octuagesimo septimo, in Camera Impe-  
 riali, præsens, termino sibi ad actum emancipationis as-  
 signato, solenniter, & Judice pro Tribunali sedente, e-  
 mancipavit. quemadmodum hoc velut unicum exem-  
 plum passim Doctores allegant. fortè etiam huc pertinet  
 exemplum *Ennonis, Comitis Frisie Orientalis*, quem, cum  
 filiabus, de negotio *Elenfi & Witemundano tractatu-*  
*rum*, ipsas antea emancipasse, *Huldericus ab Eyben*, nota-  
 vit. Similiter quoque *Eberhardus à Freüberg*, cum inter  
 filios *Dispositionem Majoratus* facere vellet, consen-  
 susque eorum necessarius esset, Eos emancipavit, & quia  
 minores erant, Curatores dare jussit, referente *Betsio*.  
 Ad *Anastasianam* emancipationem referri debet, novis-  
 simum, si in facto ita se habet, exemplum, *Comitis Bent-*  
*heimensis*, *Ernesti Guilielmi*, quem, ad commodius elu-  
 denda, fratris sui *Philippi Conradi*, Consilia, quibus fi-  
 lios illius ex uxore, *Gertrude de Zelst*, prognatos, sub  
 prætextu *Matrimonii ad morganaticam contracti*, à  
*succeffione Comitatus Bentheimensis*, cæterarumque  
*ditionum paternarum*, aliquando excludere cogitavit,  
 inter cætera, hoc quoq; præsidio usum esse, recentissima  
 historia memorat, dum, rescisso contractu successorio,  
 quem yi fratris ad actum se subscripsisse querebatur, co-  
 ram

ad 5.6. 7.  
 quib. m. j.  
 p. p. sol. 6.  
 Obs. 13. n. 5.

de pact.  
 fam. illustr.  
 c. 10. p. 366.

ram notario & Testibus, omnes Comitatus ac ditiones suas, bonaque patrimonialia, eorumque proprietatem, filiis ex hoc matrimonio jam natis & adhuc nascituris, resignavit, reservata sibi ad dies vitæ sola possessione, eorum nomine, jure constituti possessorii, administrationeque, sub qualitate Tutoris ac Curatoris legitimi, cum substitutione uxoris suæ, quæ in casum mortis, sub directione Episcopi Monasteriensis, Tutrix vel Curatrix manere debeat, donec ad legitimam ætatem filii pervenerint; quam renunciationis & cessionis formulam Sacra Cæsarea Majestas, sibi oblatam, ratam habuerit, confirmaveritque. dixi, *si in facto ita se habet*; quoniam enim Illustrissimus Comes, ex quo ad religionem Romano-Catholicam transiit, superinducta alia Coniuge, quæ in favorem priorum liberorum acta memorabantur, impugnavit, & nisi fallor, adhuc in iudicio Imperiali Aulico res ista agitur, super veritate rei gestæ iudicium nostrum merito suspendere debemus; extat aliàs libellus, sermone Gallico, quem pro jure filiorum suorum demonstrando adornari mater curavit, cujus veritatem si supponamus, omninò vera est Conclusio auctoris, quam hinc elicit, *eo ipso, quo Tutelam filiorum ex Confirmatione Cæsarea suscepit Comes Bentheimensis, illos censeri emancipatos, quod posito uno relatorum, id est, Tutore, etiam alterum, pupillus, sive persona sui juris, & extra patriam potestatem constituta, poni debeat.* Et quid impedit, saltem juxta disciplinam *D. ab Eyben*, hoc ad emancipationes tacitas, quas, explicando juri civili, mores nostri super induxerunt, referre. Sed ad comprehendendam plenius *formam* atque indolem ejusmodi emancipationum Imperii Statuum, totam processum illius ratio-

m. Maj.  
1669

Abregé du  
Manifeste  
de Madame  
la Comtesse de Bèth-  
heim &c.  
contenant  
l'Histoire  
des diffé-  
rens de  
cette Fa-  
mille-là.  
p. 109.  
ad S. 10. j.  
quib. m. jo  
p. p. fol. 6.  
obs. 14.

QNTK

4842

(70.)

rationem, qui in Emancipatione Lövvensteiniana servatus est, & acta formalia, in gratiam studiosæ juventutis, per modum *Appendicis*, subjungemus. Nunc enim, quoniam jam diu Dissertationis Academicæ mensuram fere excessimus, finiendum est.



Ad Cl. DN. RESPONDENTEM.

*I*llustrem prolem quod justum tempus adoptet,  
Quodque ipsi donet libera jura, doces;  
Fac, DEUS, ut vivat Proles Celsissima, donec  
Tempore legitimo libera jura ferat.  
Angelicos, da, queso, DEUS comitesque viales  
Assiduos, donec desinat Ejus iter;  
Et reduci, gavisâ suis pia patria votis  
Acclamet, salve spesque decusque meum?

Votum

Baltasaris Bebelii, S. Th. D. & haftenus ordinat. Professoris in Universitate Argentoratensi, nunc verò vocati & designati Superintendentis Generalis Circuli Electoralis Saxonici, Professoris Primarii in Universitate Wittebergenfi, & Assessoris Consistorii Ecclesiastici.

F I N I S.



UDTMC





JO. C

**I**Nter Pro  
 officiorum  
 sunt, jucu  
 tidianum  
 quemadmod  
 mina, Reip  
 præludant,  
 felici eorum  
 Quod si spes  
 tuit, habem  
 enim Numin  
 promoventu  
 quando impe  
 sunt anni, qu  
 tamen apud a  
 quos ex Illuf  
 terea meis,  
 nui, eorum  
 ævi, deincep  
 usura frui dab  
 que ostensa,  
 JO. CHRI  
 tassis non fal  
 rum metam  
 laude sua, f  
 Argentor. d.

PIS, JC.

ead exemplum  
 que suis commixta  
 haberi debet, quo  
 mercium, ex quo,  
 idemicarum tenta  
 oni, eleganter illa  
 us, atque inde de  
 ione, auguramur.  
 eventus non desti  
 gloriari. Divini  
 s, publicis, quæ sic  
 que laboribus, ali  
 amus. Non multi  
 tione peregi, eam  
 oncipio, fore, ut,  
 anica, Scholis in  
 ue deducere susti  
 c præsidia melioris  
 em prolixiore vitæ  
 oter indicia hucuf  
 ue Virum Juvenem  
 M, referam, for  
 elegantium studio.  
 Nostra, vetustâ illa  
 no floreat. Scrib.

